pro executione ſnĩe arbitralis fuit miſſus in tenutã dictorũ bonorum
de quibus eſt controuerſia ⁊ miſſus in poſſeſſionẽ pro executione ſentẽ
tie conſtituitur poſſeſſor: vt vidr probari in. l. poſtꝗ̃. §. imperator. ff.
vt lega. nomi. caue. ⁊ videtur firmare hoc Bar. in. l. a diuo pio. §. ſi ſu
per rebus. de re iud. ergo ſi titius erat poſſeſſor non potuit Jo. poſtea
earundem rerum effici poſſeſſor ſine facto titij: qꝛ duo inſolidũ eandẽ
rem poſſidere nequeunt. l. iij. §. ex contrario. de acqui. poſ. l. ſi vt certo.
§. ſi duobus. ergo nõ põt Jo. autoritate dicti ſtatuti excludere dictum
titium propter lapſum anni ſeu biennij: quia ſtatutum fauet emptori
ſi tenuit ⁊ poſſedit rem per annum pacifice ⁊ quiete ⁊c. ergo ſumus ex
tra caſum ſtatuti. l. ſi ſeruũ. §. non dixit pretor. ff. de acqui. here. l. ſi ve-
ro. §. de viro. cuꝫ vulg. ſol. mat. de iure autẽ cõi cõſtat quod nullus ex-
cluditur preſcriptione anni vel biẽnij ſed requiritur preſcriptio lon-
gi temporis vt per totum titulum. C. de preſcrip. lon. tempo. ergo ⁊c.
¶ Pro iſta opinione facere videtur doctrina glo. ordinarie ⁊ ſingu-
laris in. l. j. C. de ſer. fugi. in glo. magna. in fi. per quã glo. Bar. ⁊ doc.
ibi ⁊ Barto. in. l. celſus. de vſucap. ⁊ in. l. iij. §. ex contrario. de acqui.
2 poſſeſ. volunt quod † quando quis poſſidebat ciuiliter ⁊ alius poſtea
occupauit poſſeſſionem illius rei naturaliter ſeu corporaliter non in-
cipiet iſte nouus poſſeſſor preſcribere donec primus deſierit poſſide-
re ciuiliter vt quia longo tempore fuit negligens in adipiſcenda poſ-
ſeſſione naturali iuxta. ſ. ſi de eo. §. ſi forte. de acqui. poſ. cum ibi no. ⁊
iſtam gl. in. d. l. j. reputat ſingularem in. l. j. §. per ſeruũ q in fuga. de ac
quiren. poſ. nam ſine ciuili poſſeſſione non procedit ꝑſcriptio vt no. in

l.ſicut certo.§.ſi duob⁹.ff.cõmo.⁊ in.l.male agitur.C.de preſcrip.xxx.
anno.⁊ in.d.§.ex contrario.⁊ ibi plene no.doc.⁊ not.gloſſ.⁊ doct.in.c.
cã de preſcrip.⁊ notat Cy.in.l.cõperit.de preſcrip.xxx.ann.cũ ſimi.
¶Sed premiſſis nõ obſtantibus contrariã ſniam de iure ꝓbabiliorẽ
eſſe puto ex infra ſcriptis. Ad qđ oſtẽdendũ preſuppono ꝙ dato qđ
titius poſſideret ciuiliter ⁊ iuſte ꝑ ea que ſupra dixi:tñ poſtea caius ⁊
ſucceſſiue Joan. habẽs cauſam a caio potuerunt apprehendere natu-
ralem poſſeſſionem quã non retinebat titius eo ipſo qđ erat extra fun-
dum.l.clã poſſidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqui.poſ.⁊.l.nemo.cũ
ibi no.C.de acqui.poſ.⁊ plene no.in.l.j.in prin.eo tit.⁊ hoc ſm cõem
opi.glo.⁊ doctorũ talis poſſeſſio apprehenſa per caium ⁊ Joãnẽ ap-
pellatur naturalis.tñ ſm opinionẽ Barto.in.d.l.j.in princ.de acqui.
poſ.appellatur poſſeſſio corporalis per.l.ſi id qđ.§.j.eod.tit.⁊ notat
Ant.de but.in.c.cũ aliquibus.per illũ tex.de re iudi.⁊ in.c.quod autẽ.
per illũ tex.de iure patro.licet Bald.⁊ Sali.in.l.licet.de acquirẽ.poſ.
⁊ Bal.in.l.j.C.vti poſſi.⁊ Ang.in.d.l.nemo.⁊ i.l.j.C.cõmu.de vſuca.
⁊ moder.in.d.l.j.in prin.de acqui.poſ.ſequant opi.gloſſarũ tenentiũ
qđ illa dicatur poſſeſſio naturalis non autẽ corporalis ſeparata a na-
turali:tamẽ iſta diſputatio nõ eſt neceſſaria quantum ad propoſitũ no-
ſtrum quia tantũ importat ſi talis poſſeſſio dicit naturalis quantum
ſi diceretur etiã corporalis vel econtra hoc preſuppoſito dico ꝙ in di-
cto ſtatuto vr ex mente ſtatuentium decidi caſus noſter q꜡ vt predictũ
non curat qđ poſſidens poſſederit naturaliter ſeu corporaliter tãtum
qđ apparet q꜡ qui primo poſſidens poſſidebat ciuiliter animo prout
eſt qñ non eſt in fundo ſi alius nõ habens cãm ab ipſo poſſeſſore occu-
pet poſſeſſionẽ talis de apprehẽdere ⁊ acquirere poſſeſſionẽ naturalẽ
ſiue corporalẽ que appellatur poſſeſſio clandeſtina ⁊ iniuſta reſpectu
ipſius primi ciuiliter poſſidentis vt.d.l.clam poſſidere.§.ſi.⁊.l.j.§.ſi.
cũ.l.ſeq.ff.vti poſſi.⁊ ſic prior poſſeſſor hꝫ in ipſa poſſeſſione potẽti⁹
ius vt in iuribus proxime allegatis ⁊c.licet cauſam.⁊ ibi not.extra de
proba.⁊ in.l.j.C.ſi ne po.⁊ tñ ſtatutũ predictus vult qđ ſi iſte qui hꝫ po-
tẽtius ius in poſſeſſione fuerit negligens in mouendo controuerſiam
infra terminũ anni cridarũ excludaẽ vt patet ex illis verbis dum di-
cit vltra dictũ terminũ nullus audiaẽ volens aliquã litẽ vel queſtionẽ
ſeu controuerſiam mouere contra ipſum emptorem vel alio iuſto titu-
lo acquiſitorẽ occaſione ipſius poſſeſſionis vel quaſi vel rei imobilis
empte ſeu alio iuſto titulo acquiſite ſed vnicuiꝗ poſt curſum tẽporis
ſilẽtiũ imponaẽ ⁊c.ponderandũ eſt illud verbũ poſſeſſionis vel quaſi
iuncto illo verbo vnicuiꝗ qđ eſt ſignum vniuerſale.l.hoc articulo.ff.
de here.inſti.⁊.l.j.C.de ſac.ſan.ecc.⁊ dicit Bart.in.j.cõne ꝙ eſt dictio
geminata que potentius operaẽ quam ſimplex.l.baliſta.cũ ibi not.ff.
ad trebel.⁊ ideo ſm Bar.⁊ alios in.d.l.j.de ſac.ſan.ecc.illa dictio non
recipit reſtrictionem de habilitate habito reſpectu ad inhabilitates
inductas a iure ciuili vt ipſi ibi per plura probant.vnde in propoſito
dictũ ſtatutũ vult quod quicunꝗ eſſet q haberet potentius ius nedũ
in re ſed etiã in poſſeſſione excludaẽ ſilentio anni:nam ſtatuentis in-
tentio fuit excludere eos qui aliquod ius in veritate haberent in re vel
poſſeſſione:nõ autẽ eos qui nullũ ius haberent alias enim ſtatutum
fuiſſet eluſoriũ ⁊ impoſitũ verbis ⁊ nõ rebus cõtra.l.§.C.cõia.de leg.
⁊.l.ſi pretor.in princi.de iud.⁊.l.j.C.de theſau.⁊ notat Bar.in.l.iiij.§.
pretor.de dã.infec.⁊ in.l.ij.de vſucap.cu ſi.Si ergo eſt excluſus qui-
cunꝗ qui haberet potentius ius in poſſeſſione ſequitur ꝙ ille qui ciui
lem.⁊ iuſtã ⁊ anteriorem poſſeſſionẽ haberet excludiẽ anno ꝑ iſtũ ioã-
nem poſſidentẽ naturaliter ſeu corporaliter quamuis poſſeſſio Jo.di-
ceretur clandeſtina reſpectu poſſeſſionis titij que erat antiquior.vt.d.
c.licet cauſam.⁊ dixi.ſ.hoc idẽ ſonant verba dicti ſtatuti in alia par-
te ibi dum dicit ꝙ quicunꝗ vult aliquod ius petere vel oſtendere in di
cta re vel poſſeſſione ⁊c.põdero verbũ quicunꝗ ⁊ verbum poſſeſſione
eo modo quo dixi.ſ.⁊ quod iſta fuerit mens ſtatuti etiã ſatis ſuadeẽ q꜡
alias fere nunꝗ illud ſtatutum locum haberet.Cũ vt videmus ex cõi
obſeruãtia quilibet debitor in inſtrumento ſemper cõſtituit ſe poſſide-
re bona nomine creditorum per qđ conſtitutũ transfertur poſſeſſio in
creditores:vt dixi ⁊ ſic ſi debitor alienaret ſeu venderet quamuis em-
ptor poſſeſſionem corporalẽ apprehẽderet:tñ q꜡ poſſeſſio ciuilis erat
tranſlata in creditores nunꝗ poſſet emptor vti beneficio dicti ſtatuti
nec contra creditores vendentis:nec cõtra aliquos alios quaſi ipſe nõ
poſſederit ciuiliter ſed ali⁹.Statuta nãꝗ trahi ⁊ adaptari debent po-
tius ad caſus qui frequenter ⁊ facile accidũt ꝙ ad caſus q perraro eue-
niũt.l.nã adeo.ff.de legi.Nec predictis obſtat ſi diceret ꝙ ſtatutũ dꝫ
interpretari ſm ius cõe ne ali⁹ iniuſte dãnũ patiaẽ.l.ij.C.de nora.c.cũ
dilectus.de conſue.⁊ notat Bar.in.l.oẽs populi.in.vj.q.prin.⁊ ꝙ no.
in auẽ.offeratur.de lite cõte.⁊ in.l.ſciendum.⁊ qđ ibi Barto.qui ſatiſ.
cog.cũ ſi.ergo dictũ ſtatutũ dꝫ intelligi ꝙ excludaẽ quilibet a iure ſuo
per lapſum anni ſi emptor poſſedit.ſ.ciuiliter ⁊ ſic poſſeſſio fuerit va-
cua qñ emptor acquiſiuit ⁊ tenuit prout requiriẽ de iure cõi vt not.per
glo.⁊ doc.in.d.§.ex contrario.⁊ in.d.l.j.C.de ſer.fugi.quia ad hoc põt
ſtrideri prout patet ex no.per Sali.in.l.ſi ſerui veſtri.circa tertiã col.C.
3 de nora.vbi dixit † qđ aut generalis diſpoſitio ſtatuti eſt ſup eo quod
non eſt a iure cõi cautum vel diſpoſitũ:⁊ tunc fruſtra queritur an ſta-
tutum illud debeat limitari ⁊ interpretari ſm ius cõe qđ de illa mate-
ria nõ diſponit.⁊ ideo tunc ſtatutum in ſuis generalibus verbis debet
ſeruari dũmodo comprehenſa in verbis generalibus poſſint ſub illa
diſpoſitiõe includi ꝗ̃ꝗ cẽt durũ ⁊ aſperũ.l.proſpexit.ff.qui ⁊ a qui.⁊
tanto fortius vbi aſperitas ceſſaret.l.j.§.nũtiatio.iuncta gl.ff.de ope.
no. Aut diſpoſitio ſtatuti eſt d eo ꝙ eſt diſpoſitum a iure cõi.⁊ tũc aut
reſtrictio quã facere volumus de ſtatuto nõ poteſt fieri ſalua ratione
recti ſermonis ⁊ intellectus ⁊ tunc non reſtringitur ſm ius cõe:q꜡ ex
verbis eius apparet ꝙ ſtatuentes voluerunt ampliare ius cõe:⁊ non
4 ſe ad illud reſtringere. Exemplum ponit ipſe † ſi ſtatutũ dicat ꝙ quili
bet cuiuſuis conditionis poſſit teſtari certe tale ſtatutũ non reſtringe
tur ad habiles tãtum de iure cõi:quia illa verba cuiuſuis conditionis
hanc reſtrictionem non patiuntur.⁊ ideo cõprehẽderet etiam inhabi
lis niſi careret iudicio ſeu velle vt ſunt infantes furioſi mentecapti
monachi ⁊ ſimiles in quibus nõ cadit teſtatio mentis quã nõ habent:
quia in eis verba ſtatuti non poſſunt adaptari:ideo nec eius diſpoſi
tio adaptabitur.l.apud antiquos.ad ſi.C.de fur.l.hos accuſare.§.oi-
5 bus.ff.de accu.⁊.l.ſi.C.de teſta.mili. † ⁊ idem dicit in ſtatuto diſponẽte
ꝙ qcunꝗ occiderit quouis modo vel cauſa ſiue qualitercunꝗ occida-
tur:nã tunc non diſtinguitur an dolo vel culpa occiderit lꝫ ius cõe ita
diſtiguat.l.lege cornelia.ff.de ſica.quãuis ſi ſtatutum ſimpliciter puni
ret homicidam pena capitis deberet intelligi ſi dolo occidit:vt notat
Bal.in.d.l.ſi ſerui veſtri.⁊ in.l.data opera i.v.col.C.q accu.⁊ in.l qui-
cunꝗ.de ſer.fugi.plus dicit Sali.i.d.l.ſi ſerui veſtri.ꝙ qñ ſtatutũ vti
tur dictis verbis ampliatiuis:vt quia dicat ꝙ quicũꝗ occiderit quo-
uis modo vel dicat ꝙ quicũꝗ qualitercũꝗ occiderit occidatur non di
ſtinguatur:an occiderit ad defenſionẽ vel nõ:quia illa generalitas ver
borum hoc non patiẽ ⁊ ꝓ hoc etiã inducit.l.mulieres.C.de reſt.mili.et
in.l.j.⁊ in.l.diuus.ff.eo.tit. Cum ergo in propoſito ſtatutum vtitur
verbis multũ preciſis dum dicit ꝙ nullus poſt terminum anni audia
tur volens aliquam litem vel queſtionẽ ſeu controuerſiã mouere occa-
ſione ipſius poſſeſſiõis vel quaſi vel rei imobilis empte:ſꝫ vnicuiꝗ
6 † poſt curſum temporis ſilentium imponaẽ ⁊c.nam hic eſt vnicuiꝗ q
eſt dictio geminata ⁊ ampliatiua vt notat Bart.in repeti.d.l.j.de ſa
croſan.eccle.in prima queſtione ſicut in caſu Sali.erat dictio gemina-
ta.ſ.qualitercunꝗ que dictio qualitercunꝗ quãuis potuiſſet intelli-
gi tali modo quod non offendiſſet ius cõmune quia ſtatutum diſpo-
nens quod occidatur ille qui occiderit qualitercunꝗ.nam potuiſſet in-
telligi qualitercunꝗ.ſ.cum ferro vel cum veneno vel cum alio ſimili in
ſtrumento doloſe tamen.⁊ nihilominus concludit Sali.quod illa ver-
ba importẽt quod nulla fiat diſtinctio an dolo vel culpa ⁊c. Accedit
quia ſtatutum in propoſito noſtro videtur deueniſſe ad ſpeciem dũ fe
cit mentionẽ etiam de eo qui moueret controuerſiam ratione poſſeſ-
ſionis. ¶Secundo principaliter poteſt reſponderi ad argumentum
quemadmodum reſpondet Bal.in.l.maximũ vitiũ.i penul.col.C.de
7 libe.prete.vbi cõcludit † quod quãdo ſtatutũ venit derogatiue ſeu cor-
reptiue ad ius commune tũc nunꝗ interpretatur ſm ius cõe.vnde di
8 cit quod † ſi ſtatutum diſponit quod pater teneatur relinquere filijs
quintam partem bonorum ſuorum pro legitima quod non intellige-
tur quod debeat relinqui iure inſtitutionis licet inſpecto iure com-
muni legitima debeat relinqui iure inſtitutionis in.§.aliud.in auẽ.
vt cum de appel.cog.⁊ hoc dicit Bal.ex eo quia dictum ſtatutũ ſe ha-
bet ad ius commune derogatiue ⁊ ideo non recipit interpretationẽ a
iure cõi ſed ſimpliciter debet intelligi prout iacet.allegat id quod ha
betur in.l.j.§.hinc igitur.C.de iuſti.C.cõfirmã.⁊ i titulo de emẽdat.iu
ſti.C.l.j.§.repetita.⁊.l.j.in prin.C.de lati.lib.tol.cũ ſimi.⁊ dicit Pau.
de ca.in.l.ſi.§.in cõputatione.de iure delib.quod iſtud dictum Bal.eſt
ſingulare quia per illud habem⁹ quod licet regulariter ſtatutũ debeat
interpretari ſm ius commune qñ ſtatutũ non venit correptiue vel de-
rogatiue ad ius cõe. Exemplũ patet ex his que notat gl.mag.in.d.§.
in cõmputatiõe.⁊ ibi Bar.i ſi. Tamẽ fallit quãdo apparet ꝙ ſtatutũ
venit derogatiue ſeu correptiue ad ius cõmune.allegat dictam ſing.
deciſionẽ Bal. Sꝫ ita eſt ꝙ expreſſe apparet ſtatutũ predictũ venire
ad derogationem ⁊ correctionẽ iuris cõis diſponentis ꝙ cũ iuſto titu
lo non pſcribat poſſeſſor rei immobilis niſi ſpacio.x.annorum.ergo ⁊c.
¶Procederent etiam predicta fortius ſi appareret ꝙ dictus titius
poſtꝗ a principio naturaliter poſſeſſionẽ apprehendit ſciuiſſet caiũ
ſeu dictum Joãnẽ apprehẽdiſſe poſſeſſionem ⁊ fuiſſet negligẽs in re-
cuperanda poſſeſſione naturali occupata per dictos caium vel Joãnẽ
9 quia ſi incontinenti † ꝗ̃ primum potuit titius recuperare naturalẽ poſ
ſeſſionẽ quam ſciuit ab alio occupatã non recuperauit perdidit titius
ſuam ciuilẽ quã animo retinebat.l.quãuis.⁊.l.quod meo.§.ſi.de acqrẽ.
poſ.⁊ firmat Bar.⁊ alij.i.l.ſi de eo.§.ſi forte.eo.ti.⁊ Odof.⁊ Bal.i.l.
j.in vltima col.C.de ſer.fugi.⁊ Bal.in.l.non ignorabit.C.ad exhiben.
⁊ eſt de mente glo.in.l.cum qui.ff.de vi ⁊ vi ar.que ſentit ꝙ intra tri
duum a die ſciẽtie dicatur poſſe cõmode recupare niſi qualitas perſo-
narum aliud argueret:vt ibi per Bar.vñ ſi a dicto tpe ſciẽtie ⁊ habite
commoditatis ad recuperãdũ dictã poſſeſſionẽ naturalẽ elapſus eſſet
annus antꝗ titius iſtud vltimum iudiciũ intẽtaret certe conſtaret qđ
autoritate ſtatuti poſſet ſe tueri Joannes.⁊ conſtat ſaltẽ ꝙ a die qua
fuit lata ſnĩa que trãſiuit in rẽ iudi.inter titium ⁊ Joãnẽ habuit titius
ſcientiam



ſcientiam ꝙ dicte res tenebãtur ꝑ Joannẽ quia hoc exprimiẽ in dicta
ſnĩa q pro veritate hẽ inter dictas partes.l.ingenuũ.de ſta.ho.⁊.l.res
iudicata.de regu.iur.vnde ſi a tpe dicte late ſnĩe trãſiuiſſet annus an-
teꝗ titius moueret iſtud preſens iudiciũ videreẽ ꝙ ſtatutũ locũ habe
ret ſi tunc incontinenti potuit titius recuperare dictam naturalẽ poſ-
ſeſſionẽ ⁊ nõ fecit:vt ptꝫ ex ſupradictis. ¶Nec predictis etiã obſtat ſi
diceret ꝙ ſtatutũ predictũ vr omnino intelligere de eo q ciuiliter poſ-
ſedit per annũ ⁊ non de ſola corporali poſſeſſione:ptꝫ q꜡ ſtatutũ dicit
tenuerit ⁊ poſſiderit ⁊c.quaſi illud verbũ tenuerit intelligatur de cor-
porali poſſeſſiõe ⁊ verbũ poſſederit intelligaẽ de ciuili poſſeſſione.ar.
10 l.poſſeſſio quoꝗ.§.j.ff.de acqui.poſ. † quia rñdeo ꝙ illud verbũ te-
nuerit eſt genus ⁊ verbũ poſſederit eſt ſpẽs:quia verbum tenere nedũ
cõuenit nudo actui tenẽdi ꝓut eſt nudi facti:vt.d.l.poſſeſſio.§.j.ſꝫ ẽt
conuenit oĩ poſſeſſiõi.l.j.§.ſed furioſus.ff.de acqui.poſ.l.ſi.cũ gl.C.de
dona.que ſub mod.etiã poſſeſſioni ciuili ⁊ ſic cõprehẽdit etiã poſſeſſio
nem ciuilem:quia illa dr animo teneri:vt eſt glo.in.l.iij.§.ex cõtrario.
in gl.j.de acqui.poſ.quã glo.ad hoc dicit Jo.de imo.ibi eſſe diligen-
ter no.ꝑ ſtatutis ⁊ eſt tex.cũ glo.in.c.cauſam que in verbo detinere.de
preſcrip. Et ſic omnis poſſidens dr tenere non autẽ omnis tenens di-
citur poſſidere vt.d.l.poſſeſſio.§.j.⁊.l.cũ legaẽ.ff.qui.ex cau.in poſ.ea.
Eſt ergo poſita in dicto ſtatuto copula ⁊:inter genus ⁊ ſpeciẽ. Nam lꝫ
copula ⁊:debeat ſtare inter diuerſa:vt no.glo.in rub.de iur.⁊ fa.igno.
Tamen ſtare poteſt copula inter genus ⁊ ſpeciem:vt patet in rubri.C.
de ſerui.⁊ aqua.⁊ ibi gl.⁊ no.Bart.in.l.in fraudẽ.§.neꝗ.ff.de iur.fiſci.
⁊ in propoſito eſt tex.ff.de acceptila.⁊.l.⁊ vno.§.j.ibi dum tex.dicit te-
nes ⁊ poſſides.inſtit.q.mo.tol.ob.§.ij.vbi eſt ſimilis tex. Et tũc quã-
do precedit genus ⁊ ſequitur ſpecies illa expreſſio ſpeciei nihil auget
vel diminuit:vt no.Bart.in.l.ſi is qui ducenta.§.vtrũ.de reb.du.⁊ in
l.j.in prin.de iuſti.⁊ iure iuncta doctrina Dy.in rubrica generi.dum
allegat.l.queſitum.§.ſi quis fundum.de fund.inſti.ad quam doctrinã
ſe remittit Bart.in locis.ſ.allegatis. ¶Et per ſuperius dicta patet
faciliter reſponſio ad oĩa allegata in contrariũ:quia dato ꝙ titius pri
mo apprehendiſſet poſſeſſionẽ tamen dico ꝙ nihil repudiat ꝙ caius
⁊ Jo.potuerit apprehendere naturalẽ ſeu corporalẽ poſſeſſionẽ.d.l.
clam poſſidere.§.ſi.cũ ſi. Et ſtatutũ in caſu noſtro non requiriẽ quod
emptor ciuiliter poſſerit.⁊ ſic ꝙ poſſeſſio ciuilis nõ eſſet apud alium:
vt ptꝫ ex verbis ſtatuti generaliter loquentibus etiam de poſſidente ⁊
etiã ſonant verba ſtatuti ꝙ lꝫ emptor eſſet iniuſtus poſſeſſor prout eſt
qñ poſſeſſio antiqor ⁊ ciuilis eſt apud aliũ tñ gaudeat bñficio ſtatuti:
11 vt probaui.ſ. Dico inſuper † ꝙ non videẽ de iure verũ ꝙ ille qui miſ-
ſus eſt in tenutã bonorũ vigore ſnĩe arbitralis dicaẽ poſſeſſor nã doc.
in hoc dicunt ꝙ opi.Barto.qui tenuit qđ efficeretur poſſeſſor eſt opi-
nio noua ⁊ nõ vera.⁊ eſt contra gloſſ.in.d.l.a diuo pio.§.ſi ſuper.et ita
tenet Bal.in.l.conſentaneum.in.v.vel.vj.col.C.quomodo ⁊ qñ iud.et
l.etiã in prin.C.de execu.rei iud.⁊ Jo.de imo.in.d.§.ſi ſuper.⁊ Lu.ro.
in.l.ſi finita.§.iul.de dã.infec.per.l.cum rẽ.qui po.in pig.hab.in ver-
bo ſeruandum:iudicati:iuncta.l.iij.§.genera.de acqui.poſ.⁊ reſpon-
dent ad.l.poſtꝗ.§.imperator.vt leg.no.caue.ꝙ illud fallit quando ex
cauſa vltime volũtatis ſeu legati auto.reſcripti imperatoris fit immiſ
ſio.quam reſponſionem etiam dicit Cy.in.l.cũ proponas.in.xxiiij.q.
in.ſi.C.de bo.auto.iudi.poſſ.et Sali.in auẽ.ei qui iurat.in.viij.q.eo.ti.
Et ſic pro parte pro qua titius fuit miſſus in tenutam occaſione ſnĩe
arbitralis non videtur ꝙ res iſta egeat illa diſputatione.ſ.an ſtatutũ
vẽdicet ſibi locum hoc caſu quia videtur clarum ꝙ ſic:ſed reſpectu ap-
prehenſionis poſſeſſionis facte vigore pacti de ingrediendo:quid di-
cendum ſit patet ex ſuperius dictis.

¶Summarium ſuper conſilio.xxxvi.

1 ¶Exceptio declarat regulam in caſibus non exceptis.2.
3 Statutum ꝙ ꝯ exceptionẽ non poſſint opponi niſi certe exceptiones.
4 Sub exceptione expenſarum dotis non debet comprehẽdi expenſa pa
raphernalium.
5 Bona paraphernalia non habent priuilegia dotis.
7 De ſtatuto diſponente quod frater excludat ſororem conuenienter il-
lam dotando.9.10.11.
8 Appellatione fratris non comprehenditur proprie frater patruelis.
12 Vbi in caſu non expreſſo in ſtatuto eſt omnimoda vel maior ratio tũc
caſus non expreſſus debet venire ex mente.
13 Appellatione fratris venit ſublata ſignificatione filius fratris.
14 Statutum excludens filias feminas ſtantibus maſculis habet locum
dato quod non eſſet filius ſed nepos.15.16.
17 Vbi res mulieris ſunt vſu cõſumpte nõ dꝫ fieri reſtitutio earũ rerum.

¶Conſilium.xxxvi.

¶Si teſtator voluit qđ filius deberet pro dimidia cõferre ad omnes
expenſas faciẽdas per patruũ in cõi familia exceptis dotibus filiarũ
patrui teneatur conferre ad expẽſas bonorũ paraphernalium que de
cõſue.danẽ dictis filiabus qñ nubũt ⁊ ad expẽſas cõuiuij tpe nuptiarum.
Scdo ſi ſtatutũ dicit ꝙ mulier decedẽs in matrimonio ſine liberis te-
neaẽ relinquere fratribus tertiã partẽ dotis.⁊ mulier habeat fratrem
⁊ filiũ fratris pmortui teneaẽ relinquere etiã filio fratris:⁊ an ſtatutũ
excludẽs aliquos ꝓpter fratrem videaẽ eos excludere propter fratrẽ
patruelẽ. ¶Tertio qualiter debent reſtitui res paraphernales vel
earum pretium ſi tales res non extent.

Viſo themate et dubijs de
quibus queriẽ:requiſitus vt pro veritate cõcluſiue di-
cam quid i vnoquoꝗ ipſorũ dubiorũ de iure ſentiam.
1 ¶Capio primũ dubium in quo queriẽ † vtrũ dict⁹ ſer
uius heres vigore teſtamenti ⁊ diſpoſitionis dicti ſem
pronij teneatur cõferre ad expenſas factas ꝑ dictũ titium ꝓ filiabus
titij cum nupſerint in veſtibus domicellaribus iocalibus mobilijs ſcri
neis ⁊ conuiuijs predictis ⁊ ad quantitates pecuniarũ traditarum ꝑ
titium ſpõſis in ſupplementum mobiliarũ.⁊ viſis verbis teſtamenti
que adhuc plenius oſtẽdunt mentem teſtantis ꝗ ex narratione facta i
themate deprehendat vr mihi de iure dictũ ſeruiũ teneri ad conferen
dum dictis oĩbus expenſis:moueor principaliter q꜡ exceptio declarat
regulã qualiter illa intelligi debeat.l.nam quod liquide.§.ſi.de penu
leg.quẽ tex.ita allegat ⁊ ſingularem ad hoc reputat Joã.de imo.in.l.
filio preterito.ff.de iniuſto teſtõ.in.xviij.colũ.dũ tractat an diſpoſitio
auẽ.ex cauſa.C.de lib.preteri.habeat locum in preteritione poſthumi.
Cum itaꝗ titius teſtator in ſuo teſtõ diſpoſuerit dictum ſeruium eius
filium teneri pro dimidia ad ſupportandas oẽs expẽſas neceſſarias ⁊
occurrentes in apotheca trafico ⁊ exercitio ac poſſeſſionibus et bonis
oĩbus et in domo ⁊ cõi familia ⁊ de communi familia dictorum ſem-
pronij ⁊ ſeruij volens dictus teſtator dictum ſeruium eſſe de familia di
cti ſempronij.⁊ predicta diſpoſuit eo maxime quia dictus ſemproni⁹
ſupportare debebat labores in conſeruando dictum ſeruium et cõem
familiã ſeruij ⁊ ſempronij ⁊ eorũ bona ⁊ exponere ipſius ſempronij ꝑ-
ſonam ac eius induſtriã ⁊ exercitiũ in apotheca ⁊ trafico cõi communi-
ter pro ſe ⁊ dicto ſeruio lucrari tñ apud dictas expẽſas excepit expen-
ſam dotium filiarũ dicti ſempronij que poſt mortẽ dicti teſtatoris nu
berẽt quia talem expenſam ad dictũ ſempronium ⁊ nõ ad ſeruitiũ pti
nere voluit:ergo per talẽ exceptionem datur intelligi ⁊ declaratur ꝙ
ſub dictis alijs expenſis cõicandis teſtator voluit comprehẽdere etiã
expẽſas que fierent circa filias dicti ſempronij etiã pro alia cauſa quã
pro victu in cõi familia ⁊ etiam qñ expenderetur in rebus quas dicte
filie extra domum dictorũ ſempronij ⁊ ſeruij lature eſſent alias eẽ ſu-
peruacua fuiſſet dicta exceptio qđ dicẽdũ non eſt.l.ſi qñ.in princip.de
2 leg.j.⁊.c.ſi papa.de priui.in.vj. † Pro hoc etiã facit quia exceptio fir-
mat regulam in caſibus nõ exceptis.l.qſitũ.§.deniꝗ.de fundo inſtru.
l.in his.cum ibi not.de leg.⁊ notatur in.l.j.ff.de reg.iur.xxij.q.vij.in
c.dñs.cũ gl. ¶Ad predicta bene faciũt que notãt Lapus ⁊ Moder.
in.c.qui ad agendum.§.j.de procur.in.vj.dum volunt qđ ſi in inſtru-
mẽto datur mandatum generale alicui in dicto mandato excipiuntur
aliqui caſus in qbus erat neceſſariũ ſpecialẽ mãdatum certe propter
talẽ exceptionem declaratur qđ conſtituens voluit illum procurato-
rem poſſe expedire alios caſus qui ſpeciale mandatum requirerẽt pre
ter illos exceptos:q꜡ exceptio debet eſſe de regula alias non eſſet exce-
ptio iuxta no.ꝑ Jo.an.in proemio regularũ in.vj.⁊ idẽ not. Domini-
cus in.c.ij.in ſi.de offi.vica.ꝑ no.Spe.in titul.de iuriſdi.om.iudi.ver.
que aũt ⁊c.ibi dum dicit pſertim ⁊c.⁊ facit.l.tribunus.§.fina.de teſta.
mili. ¶Ad idẽ qđ not.Joan.de imo.in.l.ſi.circa.xj.col.ff.a qui.app.
3 nõ licet.dum dixit † ꝙ ſi ſtatutum dicat quod contra inſtrumentũ non
poſſint opponi niſi certe exceptiones ſpecificate in ſtatuto. Nam licet
tunc non obſtante ſtatuto poſſint opponi exceptiones que non eſſent
ꝓprie exceptiões vt ille que permitterent ipſo iure obligationẽ prout
eſſet exceptio nouationis ⁊ delegationis vt decidit in propoſito Bal.
in.l.ſi non ſortẽ.§.j.ff.de condi.inde.⁊ in.l.ij.C.de execu.rei iudi. Ta-
men fallit ſi ſtatutum diceret qđ nõ poſſit contra inſtrumentũ opponi
alia exceptio ꝗ̃ ſolutionis quoniã cũ exceptio ſolutionis non ſit pro-
pria exceptio q꜡ continet ipſo iure obligationem vt in iuribus vulga-
ribus ideo ſtatutũ excipiendo a regula exceptionẽ ſolutionis dat in-
telligere ꝙ etiã voluit cõprehendere ſub regula etiã exceptiones que
non eſſent proprie exceptiones vt eſſet exceptio nouationis ⁊ delega-
4 tionis:vt ibi plenius per eũ. ¶Cõfirmo pdicta quia † ſub exceptione
expẽſarũ dotis non dꝫ comprehendi expenſa etiam paraphernalium
bonorum q ex conſuetudine regionis tpe nuptiarũ dari conſueuerunt
a patre mulieribus quoniã talia bona non dicuntur dari dotis cauſa
ita ꝓbat tex.in.l.ſi ego.§.dotis.ff.de iure do.⁊ in.l.hac lege.C.de pac.
conuentio. Et nullibi reperitur ꝙ appellatione dotis vel dotalitij ve-
niãt paraphernalia.ita dicunt doc.⁊ maxime Anto.de butr.in.c.ple-
runꝗ.de dona.inter vi.reprobata glo.ibi:vt per omnes doc.ibidẽ.et
per Moder.vt per Roma.in.l.lucius.ſolu.matri. Bene facit qđ not.
5 glo.reputata ſingularis in.d.l.ſi ego.§.dotis.in verbo condici. † que
ꝓbat ꝙ bona paraphernalia nõ habent priuilegia dotis.⁊ ita illam
glo.ꝑ ſingulari ad hoc allegat Ludo.Roma.in.l.j.ff.ſolu.mat.et no.
Inno.⁊ alij in.c.ex literis.de pig. Et ita cõcludo quo ad primum du-
bium ſi in iſtis expenſis moderatus ⁊ conſuetus modus regionis in-
ſpecta qualitate perſone non eſt exceſſus vt verbo fertur.quis enim te
netur ad ea facienda que ſunt de conſuetudine.l.ſi pignore.§.ſi credi-
tor.ff.de pig.act.l.quod ſi nolit.§.qui aſſidua.de edi.edic.⁊ ille expẽſe

que sine verecundia nō potuissent ꝑtermitti appellantur esse expense
debite ⁊ necessarie.l.pecunie.⁊ ibi not.Bart.de alimen.⁊ ciba.lega.cū
cōcor.ibi allega.per eum. ¶Descendo ad scōm dubiū qd arbitror p-
6 babiliter esse magis ambiguum ceteris in quo querit̄ an† ad dictam
tertiā partē admittatur non solum frater mulieris p̄defuncte:sed etiā
filius fratris. Et circa discussionem huius dubij multa ⁊ varia hincin
de adduci possent:tñ breuius declinabo ad id quod putabo verius et
equius ⁊ mēti statuentium magis consonum. Puto igitur arbitrato-
res a quibus cōsultus sum arbitrari debere filiū fratris pariter cum
fratre admittēdum. Moueor in primis per id quod voluit Jo.an. in
addi.Spec.in titu.de succes.ab intesta.in rubrica in prima col.vbi se-
7 quutus Jac.de are.dixit ꝙ si statutū vel cōsuetudo disponit† ꝙ frater
excludat sororē a successione patris conuenienter illam dotando ⁊ con
tingat auum decedere superstite nepote ex vno filio pmortuo ⁊ nepte
ex alio filio etiam premortuo qui nepos ⁊ neptis dicūtur fratres pa-
trueles.l.iurisconsultus.§.hi autem.ff.de grad.⁊ insti.eo.titu.§.quarto
gradu.l.si frater patruelis.C.q testa.face.pos.excludet dictus frater
patruelis sororē patruelē a successione aui:quia verba non videntur
repugnare:nec mens statuti que fuit vt agnationum salua sit digni-
tas.l.ab omnibus.in princ.ff.de leg.j.⁊.l.j.§.si seruus.ff.de ventre in-
spi.quia per diuitias cōseruatur familiarum honestas que p inopiam
perit.in aut.de testi.§.sancimus.⁊.l.iij.in principio.ff.de testi.⁊.l.j.ff.
de custo.reo vnde concludunt Jaco.de are.⁊ Jo.an.in.d.Rubrica ꝙ
vbi habet locū dicta ratio seu mens statuti ibi habere dz locum statu-
tum.l.j.C.que sit lon.cōsue.⁊.l.de quibus.ff.de leg. Et presertim quia
ſm eos tale statutum dr̄ tēdere ad publicā vtilitatē ppter dictā agna-
tionē conseruandā:vnde non est inconueniens propter publicam vtili
tatē derogare equitati naturali.l.j.ff.de vsucap.⁊ ita in effectu resident
prefati Doc.⁊ idē in terminis tenuit Bal.in.l.scimus.in fin.principij
8 in.vij.q.C.de inoffi.testa. Ecce ergo ꝙ videm⁹† ꝙ lz appellatione fra-
tris nō comprehendatur proprie frater patruelis:sed solū frater q est
in primo gradu fraternitatis.vt no.Bar.i.l.lucius.§.quesitū.de le.iij.
⁊ Bal.in.l.vxor.C.qui accu.⁊ Ang.in aut.matri.⁊ auie.C.quādo mu-
lier tute.off.fungi.po.⁊ in.l.j.ff.de inoffi.testa.⁊ Jo.de imo.in.l.si dota
li.solu.matri.tñ in casu dicti statuti fauentis agnationi conseruande
concludunt prefati Doctores ꝙ statutū loquens de fratre extendatur
ad fratrem patruelem qui improprie dr̄ frater qñ est eadē ratio:ita er-
go in proposito presertim saltem improprie appellatione fratris vel
sororis veniat filius fratris vel sororis:vt infra dicam:ita etiam in ef-
fectu cōsuluit Ang.consi.cccxliij.in ordine meo ⁊ incipit dictum con-
silium in dei noīe ⁊c. Totum dictum statutū totaq̄ eius mens ⁊c.vbi
per plura argumēta multū faciētia ad ppositū nostrū que breuitatis
9 causa obmitto cōcludit† ꝙ statutum disponēs ꝙ frater excludat soro-
rem quāuis ex verbis:nō cōprehēdat fratrē ⁊ sororē patrueles tamen
dicit ꝙ ex mente ⁊ ratione statuti que vr̄ militare in fratre ⁊ sorore pa-
truelibus extendet̄ ad eos.dicit tñ se nō negare quin qd sit dubia istud
idē tenuit Ludo.roma.in.l.j.C.de suc.edi.referens se ita cōsuluisse vꝫ
10 †qd statutū excludens sororē p existentiam fratris habebit etiam lo-
cum in fratribus patruelibus quando in eis esset eadem vel maior ra-
tio.⁊ idē dicit in statuto excludēte patruū:q̄ etiā intelligitur exclude
re patruum magnū qñ in eo esset omnino eadem vel minor ratio. pro
hoc inducit no.per Bar.l.ij.§.videndū.ff.ad tertul.⁊ ea q̄ no.Bar.i.l.
liberorum.de v.sig.⁊ p Bal.i.l.venia.ff.de i ius voc.cū īfinitis ꝯcor.
11 dū ſm cum concludunt† ꝙ si statutū p existentiā filiorū masculorū ex-
cludit filias feminas intelligit̄ etiam excludere nepotes ex filia femina
premortua.p hoc ēt adducit.q̄ vbi rō.l.nō repugnat:imo est eadē rō
aut maior in casu nō expresso q̄ erat in casu expresso ⁊ verba legisla.vel
improprie sumpta pn̄t comprehendere casum non expressum tali casu
late sunt accipienda verba statuti vt extendantur ad illū casuꝫ nō exp̄s
sum.allegat no.p gl.⁊ Pau.de leaza.i cle.j.de elec.⁊ in cle.vt hi q.de
eta.⁊ quali.⁊ in aut.minoris.C.q tut.dar.pos.⁊ in aut.vt hi q oblig.i
princi.facit.l.filiū habeo.ff.ad macedo.⁊.l.senatus.ff.de ritu nup. et
qd no.in.l.miles ita.in principio.de re iudi. Et non obstat ſm eū si di-
cat̄ ꝙ ex idētitate rōnis in materia correctoria nō est faciēda extensio
iuxta ea q̄ habent̄ in.l.pcipim⁹.C.de app.⁊ no.in aut.quas actiones.
12 C.de sac.sanc.eccle.q̄ rn̄det qd† talis casus non includit̄ sub statuto p
extēsionē sed ex oīmoda mente statuti q̄ vbi in casu non expresso in sta
tuto est omnimoda eadē aut maior rō q̄ est in casu exp̄sso in statuto: tūc
casus nō expressus dr̄ venire ex mente statuti non autem ex extensione
vt no.glo.ordi.in.c.si postq̄.de ele.i n.vi.⁊ in.c.j.de tēp.ord.in.vj. fa-
cit ſm eū.l.noīs ⁊ rei.§.verbū ex legib⁹.ff.de ver.sig.⁊.l.libertum.§.se
natus.ff.de ritu nup.⁊ expresse no.Bal.in.l.qd vero.circa princi.ff.de
leg.Ant.de but.in.c.fi.de cōsue.⁊ idē voluit Cy.in.l.iura.⁊.l.quod ve-
ro.alle.in addi.vt refert Pau.de ca.in cōsi.cccxxviij.incipiēte in chri-
sti noīe presens casus ⁊c.vbi inqt ꝙ Cy.in locis prime alle.⁊ Bal.i.l.
de quibus.eo.ti.voluit ꝙ aut est similis rō in casu nō expresso q̄ est i ca
su expresso ⁊ tūc nō fit extēsio i correctorijs p no.i.d.aut.quas actiōes,
sed vbi est eadē rō vt est in statuto fauēte masculis de agnatione tunc
vna ⁊ eadem rō decidit oēs casus nō p extēsionē lz sicut spēs cōprehē-
13 dit spēs ita gn̄alis rō diuersas spēs casuum emergētiū.† Sꝫ ita est qd

appellatione fratris venit sublata vel impropria significatione filius
fr̄is vt no.Bar.in.d.l.lucius.§.quesitū.de leg.iij.⁊ etiā apparet q̄ fi-
lius fratris succedit in locū patris sui ⁊ sic in locū fratris vt in aut.de
here.q̄ ab inte.§.si igit̄ defunctus.⁊.§.seq.⁊.c.j.de gradi.succes.in feu.
ergo appellatione fratris sub larga significatione dz cōprehendi pso-
na p quā repn̄tat̄ frater.d.l.libertū.§.senat⁹.⁊ qd no.Bar.in.d.l.libe
rorū.in.vij.⁊.viij.col.in versi.his premissis redeamus ⁊c.dn̄i sequtus
14 Jac.bu.dixit ꝙ statutū excludēs filias feminas extantibus filijs ma
sculis habebit locū etiā si esset non filius sed nepos ex filio masculo q̄
excludet filias feminas qm̄ fili⁹ subrogat̄ in locū pr̄is sui.⁊ sic est pso
na representās patrē et⁹ ⁊ subrogat̄ in locū pr̄is merito ſm cū statutū
loquēs de filio hoc casu extēdet̄ ad nepotē vt ibi per Bar. Cuius opi
nio in hoc est magis cōiter approbata vt p Bal.⁊ Sali.in.l.maximū
vitiū.⁊ ibi etiā Pau.de ca.C.de lib.pret.⁊ Bal.Sali.⁊ Moder.in.l.
venia alias est in.l.seq.C.de in ius voc.⁊ Pet.de anch.in repe.c.cano
nū statuta.de cōstit.in si.in pe.q.⁊ in cle.j.de bapt. ¶Ad predicta be-
ne facit mēt q̄ no.Ja.de are.⁊ Cy.in.l.j.C.q sit lon.cōsue.in vr̄.iuxta hoc
q̄ro posito ⁊c.⁊ Ang.i.l.de qb⁹.ff.de leg.l.i ante pe.vel pe.col. ¶Pre-
terea q̄ōne nostrā q̄ si in terminis vr̄ decidere Bal.in.l.in quib⁹.C.de
15 secun.nu.vbi querit† pone statuto cauet ꝙ filia dotata extātibus filijs
masculis nō succedat sed ipsi filij hereditatē possideāt.mō cōtingit ꝙ
qdā dotauit filiā ⁊ ex filio premortuo habebat nepotes ⁊ habebat etiā
quēdā filiū viuente decessit iste p̄r vult qcqd soror de iure cōi dz habe
re supra dotē sed filij fratris premortui dicūt se debere cōcurrere:qrit̄
quid iuris.⁊ primo arguit ꝙ nō cōcurrūt q̄ pater eor̄ decessit tali tpe
quo transmittere nō potuit.cū ergo nepotes nō cōtineant̄ appellatio-
ne filiorū in illa materia restrictiua ergo vr̄ qd filij fratris seu nepotes
nō admittant̄ ī dicit ꝙ in cōtrariū facit illa.l.in quibus.⁊.l.sequens.
in prin.q̄ illi nepotes videntur ingredi gradum parentū.⁊ cū illa vl
tima opinione residere videtur.⁊ idē est de mente Bal.in.l.j.in.v.col.
16 C.de secun.nup.in ver.pone dicit statutum ⁊c.vbi q̄rit.pone† ꝙ statu
tū dicat ꝙ filia dotata nō succedat extātibus masculis filijs vel nepoti
bus ⁊ cōtingat decedere patrē relicta filia dotata ⁊ relicto filio mascu-
lo.viuente ⁊ relictis nepotibus masculis ex alio filio pmortuo querit̄
istud non capit filia dotata cui applicabit ⁊ vr̄ ſm eū ꝙ soli filio pro-
pter ordinē gradus q̄ est prior in gradu cōtrariū decidit quia nō cor-
rūpitur gradus cū nepos succedat in locū patris ideo nō corrūpit gra
dus sed representāt patrē vt in aut.de here.ab inte.§.cū filius ſm eū.
In hanc sniam plurimū me inclinat etiā statutū pdictū dū disponit
ꝙ mulier decedens sine liberis ⁊ ascendētibus teneatur relinquere ter
tiā partē dotis fratribus vtrinq̄ cōiunctis vel ex patre tm̄ relinquere
teneatur ⁊ fratribus nō extātibus tertiā partē dotis patruis relinque
re teneat̄ quā tertiā partē petere pn̄t etiā si relicta non fuerit. Conside
randū est ꝙ statutū non extantibus fratribus vocauit patruos qui si-
militer sunt in tertio gradu sicut est filius fratris quinimo cēsent̄ remo
tiores ipsi patrui q̄ filius fratris propter representationem pr̄is sui:
vt in.d.aut.de here.ab intest.§.si igit̄ defunctus.nulla ergo ratiōe sta
tutū verisimiliter omisit vocare specifice filios fratris in quibus erat
adhuc maior rō q̄ in patruis nisi quia statuentes intellexerunt ꝙ sub
prouisione facta de fratribus cōprehenderent̄ filij fratris merito com
prehendi tur ne alias prouisio statuentis redderet̄ imperfecta ⁊ rōne
carēs.ar.l.ij.in prin.cū glo.ij.⁊ ꝙ ibi not.doc.ff.de verb.obli.⁊ insti.de
ac.§.oim.⁊ qd ibi glo.in verbo summa. ¶Pro hoc etiā ꝙ statutum
trabitur ad casum quem statuētes si fuissent interrogati verisimiliter
cōphēdissent:vt est gl.no.i.l.tale pactū.§.fi.de pac.⁊ ibi no.doct.⁊ p-
bat̄ in.l.titius.§.j.⁊ ibi Moder.no.de libe.⁊ posthu. Sed cui dubium
ꝙ statuentes voluissent cōprehendere etiā filiū fratris sicut cōprehen
dere alios predictos:vt.s.q̄ aſs statuentes rōne caruissent. Et si ap-
pareret me alias cōsuluisse ꝙ statutū disponēs ꝙ frater defuncti ex-
cludat filias defuncte psone ⁊ nepotes ex filiabus nō cōprehēdat fra
trē patruelē volēte excludere dictas filias vel nepotes dico ꝙ illud nō
hꝫ obstare predictis:q̄ vt in illo cōsilio ostēdi rō dicti statuti nō mili
tabat saltē p oia in fratre patruele:ideo aliud erat in casu illo aliud est
in casu isto:quo vr̄ esse eadē rō in filio fratris:vt probaui.s.ita etiā par
tem puto tutiorem equiorem ⁊ humaniorem ⁊ ab arbitratoribus po-
tius sequendam quāuis in puncto iuris passus sit disputabilis satis.
¶Postremo circa tertium dubiū quo q̄rit̄ vtrū pecunia data in au-
xiliū vestiū nuptialium mulieris restitui debeat mulieri ex quo vestes
apparatus ⁊ iocalia predicta non extant de qua restitutione querit̄ qd
iuris non quo ad maritū ⁊ vxorē seu eius heredes. sed quo ad maritū
ex vna parte ⁊ filiū fratris mariti vt dr̄ pro parte obligatū ad restitu-
tionē predictorū quatenus restitutio facienda sit in quo breuiter cōclu
do ꝙ nisi ex pte petētis ali probet̄ nō tenet̄ dictus filius fratris in ali
quo etiā si cōueniēt casus restituēdē dotis seu casus soluti matrimonij
17 quod probat̄.† Nam aut dicte res vsu sunt ex toto consumpte ⁊ nulla
dz fieri restitutio.nec de iure cōi.l.de his.⁊ ibi not.Bal.C.de dona.in-
ter vi.⁊ vxo.⁊ in.l.j.§.ergo.§.dotis.ff.de iur.do.⁊.l.hac.lege.C.de pac.cō
uē.nec etiā ex forma statuti:q̄ statutū disponit ꝙ restituant̄ i eo statu
in quo esse reperiant̄ tpe dotis restituēde.⁊ sic voluit ꝙ damnum dete
riorationis ⁊ cōsumptionis rerū pdictarū non cedat dāno mariti:sed
mulieris.



mulieris. ¶Aut dicte res nō fuerūt vsu ex toto cōsumpte; sed fuerūt
alienate p aliū ⁊ non p dictū filiū fratris nec p eū cuius ipse filius fra-
tris est heres:⁊ tūc effectualiter tenebit̄ ille qui alienauit ad quāti tūc
valebant ipse res:q̄ p illū alienātē factum est quominus res ipse ex-
tēt.l.in summa.§.si seruū.ff.de cōdi.inde.l.si pecuniā.§.j.cū si.de cōdi.
ob cām.nō aūt cū effectu tenebit̄ dictus filius fratris. Aut res casu pe
rierūt:⁊ tūc cū ex forma statuti res ipse ⁊ sic spēs essent in obligatiōe
nō autē quātitas:⁊ tūc perijssent piculo mulieris.l.si ex legati.⁊.l.qui
seruū.ff.de ver.ob.l.titie textores.§.fi.d le.j. ¶Apparet ergo ex pre-
missis ꝙ si petēs dictū filiū fratris.condēnari ad restitutionē aliquā
ptī dictarū rerū nō pbat aliđ nisi ꝙ allegat res nō extare nō pt obti-
nere tū q̄ actor qui allegat res non extare q̄ ad manus eius ⁊ vxoris
sue peuenerunt hꝫ illud probare ꝙ non extēt.l.si creditor.C.de pigno.
act.⁊.l.si qs ex argētarijs.§.pe.⁊ ibi Bar.ff.de edē.⁊ Specu.in tit.de
pig.§.j.ver.qs probabit.⁊ no.doc.in.c.ij.de posi.tñ ēt q̄ dato ꝙ pba
ret res nō extare regrit̄ ꝙ probet̄ non extare facto seu culpa ipsius fi-
lij fratris aut eius in cuius locū successit vel ipse non tenet̄ vt colligit̄
ex iam dictis. ¶Et ita dico ⁊ consulo.

¶Summarium super consilio.xxxvij.

1 Appellatiōe filiorū an veniāt nepotes.2.3.4.5.7.8.12.13.14.15.
6 Nomina propria nō possunt extendi sed appellatiua.sic.17.18.
9 Verba debent accipi proprie ⁊ secundum propriam significationem.
10 In dispositione testatoris attenditur communis vsus loquendi.
11 Testator legādo filiabus non videtur legare filiab⁹ posthumis ⁊ na-
scituris post mortem testatoris.
16 Datio tutele lz ex parte filiorum contineat fauorem tamen ex parte tu
toris continet odium.
19 Si in testamento in scriptis per idiotam reperiantur aliqua verba la
ti ne[illegible] pta debent interpretari secundum iuris dispositionem.

¶Consilium.xxxvij.

¶An appellatione filiorū cōprehendantur nepotes in testamento.
¶Testator instituit fratrē ex latere patris tm̄ ⁊ si decederet sine descē
dentibus masculis substituit ei auunculū ipsius testatoris si viueret et
si non viueret dixit ꝙ substituebat filios dicti auunculi an comprehen
dantur nepotes dicti auunculi appellatione filiorum.

Redemptoris nostri inuoca
to suffragio. Viso themate supra scripto videretur for
1 tasse prima consideratione dicendum† dictos nepotes
Albertinatos ex filijs ipsius Alberti predefunctis nō
esse vocatos ex substitutione predicta ad hereditatem dicti titij testato
ris quia cum ad dictam substitutionē decedente quandocūq̄ Domi-
nico fratre testatoris sine filijs masculis legitime descendētibus sub-
stitutus fuerit dictus Albertus si viuet ⁊ si nō viuet.tūc testator dixit
ꝙ substituebat filios dicti Alberti nō ergo debēt cōprehendi nepotes
Alberti sub appellatiōe filiorū Alberti.l.qd si nepotes.ff.de testa. tu
te.⁊ insti.q da.tut.pos.§.pe.⁊ fi.aliter em̄ filios aliter nepotes appel-
lamus vt ibi tex.dixit. ¶Scdo pbari vr̄ in.l.gallus.quasi p totā.l.ff.
de lib.⁊ posthu.⁊ in.l.posthumorum.de iniust.test. Nam ibi prouide-
tur a iurisconsulto ꝙ testōr qui instituit filiū seu filios in testō institue
2 re debeat etiā nepotē seu† nepotes ne si cōtingeret filios decedere viuo
testatore nepotes q se pteriri inuenirēt rūperēt testm̄ ergo apparet ꝙ
sub illa substōne facta de filijs nepotes nō cōprehēdunt̄. ¶Tertio in
spē vr̄ pbari in.d.l.gallus.§.idē credendū.iūcto.§.nūc de lege in ver-
bo supplēdas.vbi sceuola autor illius.l.reprehendit ⁊ supplet proui-
sionē factā a gallo aquilio circa instōem filij ⁊ substitutionē neptis. nā
dicit ꝙ etiā debuit puidere de substitutione pnepotū ⁊ aliorū libero-
3 rū vt ibi ⁊ in.§.vt instituens in eadē lege.† ⁊ sic vult ꝙ dispositio facta
de filijs ⁊ nepotibus a lege ⁊ etiā a testatore non extendatur ad prone-
potes.eadem ergo ratione dispositio facta de filijs nō dꝫ trahi ad ne-
4 potes. ¶Quarto pro hoc facit† tex.in.l.sed ⁊ milites.§.j.versicu. hec
aūt.ff.de excu.tu.⁊.l.pater.⁊.l.seq.ad.l.iul.de adul.ff.vbi similiter dispo
sitio.l.loquēs in filijs nepotes non comprehendit. ¶Quinto facit id
quod referunt Cy.⁊ Bal.in.d.§.instituens.dum dicunt quod Franc.
accur.fuit de facto consultus super tali.q.quidā instituit fratrē suū si-
bi heredē ⁊ si frater decederet sine liberis instituit filios Jordani sibi
heredes.frater testatoris decessit sine liberis Jordanus nō habebat fi
lios sed nepotes querebatur an nepotes admitterentur respondit ꝙ
aut illi dispositio testamentaria fuerat facta ab extraneo aut ab ascen-
dēte.primo casu appellatione filiorū non cōprehendent̄ nepotes secū
do vero casu sic ⁊ dicebat ꝙ ad decisionē scōi mēbri non obstabat text.
in.d.l.qd si nepotes.vbi etiā in dispositione facta ab ascendēte appel-
latione filiorū non cōtinent̄ nepotes: quia ibi loquitur in casu oneroso
l.in.tute.⁊ ideo voluit lex appellationē filiorū restringi ppter alienū
onus. Nec ad primum membrum de extraneo obstat scōm eum text.in
l.vxorē.§.concubine.de lega.iij.quia rn̄det qd ibi cōtinentur nepotes
appellatione filiorū ne fiat dura separatio filij ⁊ nepotis vt ibi in gl.
¶Sexto accedat distinctio Andr.de pisis quam refert Bal.in.d.§.
instituens.dū dicebat si queritur an in dispositione hoīs appellatiō-
ne filiorū contineant̄ nepotes dꝫ dici ꝙ aut si non continentur nepo-
tes sequeret̄ aliquod absurdū ⁊ inhumanū:⁊ tunc continent̄.l.libero-
ruꝫ.versi.sed ⁊ papirius.ff.de verb.sig.⁊.d.§.concubine.aut nulla in-
humanitas vel absurditas sequeretur.⁊ tunc non comprehenduntur
vt in.d.§.instituens. ¶Septimo confirmatur ex distin.quā ponit Cy.
5 in.d.§.instituēs.vbi distinguendo dixit† ꝙ aut verbū filiorꝫ pfert̄ a te
statore qui habebat filios ⁊ nepotes vel hēbat filios ⁊ sperabat habe
re nepotes ⁊ intelligit̄ de liberis primi grad⁹ ⁊ nō de nepotibus per
tex.in.d.§.instituēs.⁊ quia quoties verbū platū pōt accipi p prius ⁊
per posteri⁹ vr̄ accipiendū per pri⁹.l.hoc legatū.de le.iij.si aūt hꝫ ne
potes tm̄ ⁊ dicat testator instituo filios:⁊ tunc ex quo nō pōt accipi per
prius accipiat̄ p posterius.vt actus valeat.l.quoties.de reb.du.⁊.d.l.
liberorꝫ.in fi.ita proprie dicit in.d.§.instituens.lz Bal.ibi eum aliter
referat. ¶Octauo bene facit id qd voluit Bal.in.d.§.instituēs.dum
dixit ꝙ lz Bar.i.d.l.liberorū de verb.sig.dixerit ꝙ si a testatore fit mē
tio de filijs itelligitur de oīb⁹ liberis p.l.lucius.ff.de here.īsti.⁊ rn̄de-
bat ad.d.l.gall⁹.ꝙ ideo ibi appellatiōe filij nō cōtinetur nepos; quia
6 erat exp̄ssum nomen propriū† nomina enim propria nō pn̄t extendi:
sed appellatiua sic:vt no.in.l.j.ff.de reg.iur.⁊ in.l.si quis ita.ff.de te-
sta.tute.nā ſm Bal.hec rn̄sio ad.d.l.gallus.non est bona.primo quia
diuinat. ¶Scdo q̄ in nepote vel pronepote nascituris nō pōt expri
mi nomē ppriū:sed appellatiuū tm̄ ⁊ tñ appellatiōe nepotis nascitu
ri non cōprehēdit̄ pnepos:vt in.d.§.instituēs.⁊ rn̄det Bal.in.d.l.lu
cius.in qua se fundat Bal.q̄ ideo ibi appellatione filiorū comprehē-
dunt̄ ceteri liberi q̄ si nō cōprehenderent̄ sequeretur qd absurdū ⁊ qd
durū ꝙ prorsus extrane⁹ pferret̄ coniunctis contra.l.cū acutissimi.C.
de fideicō.⁊.l.gn̄aliter.§.cū autē.C.de īsti.⁊ substi.sub cōdi.fac.vn̄ q̄
ibi extabat psona que ex psumpta mēte testa.excludebat substituti:m
merito ibi appella.filij extēditur ad nepotes. Itē in.d.l.lucius.fit mē
tio filiorū enūtiatiue ⁊ cōditionaliter sed in.q.nostra fit mentio dispo-
sitiue disponēdo circa ipsos filios ſm Bal.quo casu vr̄ ꝙ nō cōprehē
dātur nepotes vt.d.§.instituēs. ¶Nono pbatur p do.Bal.in repe.l.
7 in suis i vlti.col.de li.⁊ po.vbi voluit ꝙ† qñ fit mētio de filio ab hoīe nō
cōprehēdatur nepos nisi vbi seq̄retur dura separatio.d.§.concubine.
8 ¶Decimo probatur q̄† videmus ꝙ si testator phibet i testō filios
suos alienare bona nō videtur phibuisse nepotes vt no.glo.singu.in
aut.de resti.fidei.§.nos igit̄.⁊ Bar.in.l.filiusfa.§.diui.ff.de le.j.⁊ idē
ibi tꝫ Dy.Ray.Bal.⁊ Jo.de imo.⁊ Cy.⁊ Bal.i.l.volūtas.C.d fidei-
cō.⁊ Bar.in.l.lucius.§.sempronius.de leg.iij.⁊ Bal.in.l.qsqs.C.ad
l.iul.maie.⁊ in.l.titius.in prin.de lib.⁊ posthu. ¶Undecimo probat̄
9 † q̄ verba in dubio debent accipi pprie ⁊ scōm ppriā significationem
l.nō aliter.de lega.iij.l.j.§.si is qui nauem.de exercito. Sed ex ppria
⁊ vera significatione appellatione filij nō cōprehēditur nepos.l.iusta
interpretatiōe.ff.de verb.signi.⁊.l.filiū diffinimus.de his qui sunt sui
vel ali.iur.l.filiū habeo.ff.ad macedo.⁊ probat late Bar.in.d.l.libero
rum.⁊ Bal.in.l.maximum vitiū.de libe.prete. ¶Duodecimo proba
10 tur† q̄ in dispositione testatoris attenditur cōis vsus loquendi.l.la-
beo.de suppel.leg.l.liberorū.§.quod tamen cassius.ver.quid ergo.de
lega.iij.cū glo.⁊.l.cum delanionis.§.asinam.de fund.instr.leg. Sed
cōis vsus loquēdi se habere videt̄ quod appellatione filiorum non in-
telligatur de nepotibus vt no.gl.insti.q in testa.tuto.dari poss.§.fi.⁊ i
d.l.qd si nepotes.⁊ Jaco.butri.in prima constitu.ff.⁊ p Anto.de but.
in prin.decretaliū. ¶Decimotertio probatur quia quēadmodū testa
tor dominicū ptulit Alberto ⁊ eius filijs ita videtur voluisse ceteros
heredes dn̄i preferre ceteris heredibus dicti Alberti qui non sint eius
filij.l.publius.§.fi.de cōdi.⁊ demon.in rōne sui.ergo qcunq̄ heredes
dominici preferri debēt omnib⁹ qui non sint filij Alberti. ¶Decimo
11 quarto ⁊ vltimo probatur per.l.qui filiabus.i prin.de leg.j.† vbi testa
tor legando filiabus nō videtur legare filiabus posthumis ⁊ nascitu-
ris post mortē testatoris sed de illis que prius nate erant ita in propo
sito dato qd appellatione filiorū veniēt nepotes non debēt compre-
hendi dicti nepotes qui nati sunt post mortem titij testatoris. ¶Sed
premissis nō obstantibus contrariā sniam in proposito casu puto de
12 iure veriorem† q̄ in fauorabilibus appellatione filiorum comprehen-
duntur nepotes.l.filij.⁊.l.iusta.de verbo.signifi. Nam in fauorabilib⁹
verba accipiuntur secundum largam interpretationem.l.si ita scriptū
sit filiabus.cum ibi not.per gloss.⁊ docto.ff.de lega.ij. cum dilecti.de
dona.l.fin.de consti.prin.l.cum quidam.de libe.⁊ posthu.l.in testamē
to.de regu.iur. ¶Confirmatur per.l.lucius.de heredi.insti. vbi si te-
stator fratrem instituit ⁊ disposuit quod si frater filios nō haberet sub-
stituebat tales extraneos sufficit quod frater habuit liberos ⁊ sic nepo
tes vel pronepotes quamuis careret filijs vt ibi: iuncta.l.liberorum.
ff.de verbo.significa.si ergo ibi quando a testatore fit mentio de filijs
per modum conditionis que debet in forma specifica adimpleri.l.me
uius.⁊.l.qui heredi.in principio.de condi.⁊ demon. quanto magis si
per modum dispositionis nominaret filios ⁊ attendendū est quod tex.
in.d.l.lucius.non loquitur quando a testatore ascendēte facta est men
tio de filijs imo loquitur quando a transuersali prout etiā in casu no-
stro quia dictus titius testator erat de transuersalibus dicti Alberti
⁊ eius filiorum.erat enim dictus Albertus auunculus testatoris ⁊ sic
de transuersalibus.l.iuris contractus.§.sunt ex lateribus.⁊.§.iij.

gradu. ⁊ illi q̃ ſunt heredes dicti Dominici vt verbo fertur ſunt extra-
nei primo teſtatori quia nõ deſcendunt ex aliqua pſona que fuerit de
agnatione vel cognatione ipſius titij ⁊ ſic dicuntur extranei. in auten.
de here. ⁊ fal. §. inordinatũ. ⁊ ibi no. ⁊. l. cũ antiquiorib⁹. C. de iure deli-
be. ¶ Ad idem tex. in. d. l. gallus. §. inſtituens. ſm intellectum gloſ. ij.
quam ibi approbat Bart. ꝑ quẽ tex. probatur quod ſicut teſtator dicẽ
13 do †inſtituo nepotem qui mihi poſt mortẽ ſuus naſcetur dicitur face-
re inſtitutionem generalem quo ad omnes deſcedentes vt ſic compre-
hendantur pronepotes ⁊ ceteri deſcendentes ⁊ hoc ſequuntur etiam
ibi alij doctores qñ de nepote non ſit mentio in materia exorbitanti.
¶ Pro hoc eti ã facit quia hoc nomen filius eſt nomen nature non iu
ris: vt. l. tutelas. ff. de capi. dimi. ſed inſpecto iure nature vr̃ appella-
tione filij comprehendi nepotẽ: vt. d. l. liberorum. ibi dum dicit natura
14 nos quoq; docet. ¶ Ad idem †quia videm⁹ qð beneficium in quo fit
mentio de filijs trãſit ad nepotes. l. diuo marco. de queſtio. ⁊. l. milites
cum ibi not. per Cy. eo. titu. l. emancipatum. ff. de ſena. l. decurionum.
C. de penis. ⁊ no. Bar. in. d. l. liberorũ. in ver. his premiſſis redeamus
⁊c. ⁊ cõſtat ꝙ illa diſpoſitio teſtatoris accedit beneficio. l. legatum. de
leg. ij. l. j. de impo. lucr. deſcrip. l. inter ſtipulantẽ. §. ſi rem. de ver. obl.
Ad idem quod no. Jo. an. in. c. ad extirpãdam. de fil. pſby. vbi ſentit ꝙ
in fauorabilibus appellatione filiorum cõprehẽdantur nepotes: licet
ſecus ſit in odioſis vel penalibus ſm eum ⁊ non eſt dubium ꝙ nos ſu
mus in materia fauorabili in qua fieri dʒ larga interpretatio. d. l. in
teſtamentis. ⁊. d. c. cum dilecti. Et ꝙ in fauorabilibus comprehenda-
tur nepos tenet etiã Sali. in. l. j. in. xxi. q. C. de iure emphy. ⁊ Bald. in
l. cũ vir. ff. de cõdi. ⁊ demõ. Jdem etiã videtur velle dñs Abb. ſicu. in
c. ij. de ver. ſigni. vbi inquit ꝙ appellatione filiorũ in lata ſignificatio-
ne veniunt nepotes ꝑ. d. l. liberorũ. pro hoc etiã adducit: quia in ſacra
ſcriptura Chriſtus appellatur fili⁹ Dauid. ⁊ tñ nõ fuit filius nec ne-
pos ſed vlterior. ⁊ pro hoc etiam facit quia diſpoſitio legis emanans
in fauorem filiorum comprehendit nepotes. l. ij. §. ſi mater. verſi. filijs
autẽ. ff. ad tertul. l. filiũ habeo. ff. ad maced. ⁊ in aut. vt exac. inſti. dot.
§. ij. ergo idẽ in diſpoſitione teſtatoris q̃ diſpoſitioni. l. equiparatur. in
aut. de nup. §. diſponat ¶ Jſtam opiñ. etiam firmat in terminis no-
ſtris. ſ. in diſpoſitione teſtatoris Bar. expſſe in. d. l. liberorũ. circa quar
tam col. ⁊ idẽ tenuit Ange. in ꝑ alle. l. lucius. de here. inſti ⁊ idẽ videtur
ibidẽ tenere Joã. de imo. in notabilibus. ⁊ iſtã partem ſequitur etiam
Anto. de bu. in. c. in quibuſdã. de peni. vbi per omnia approbat dicta
per Bar. i. d. l. liberoꝝ. ⁊ ita etiã facit Pet. de ancha. in cle. j. de baptiſ.
⁊ do. Cardi. florentinus in. c. ij. de verb. ſigni. Jdem videtur de mente
Ang. in. l. ſed ⁊ ſi hac. §. qui manumittiṫ. alias eſt in. §. liberos. ff. de in
ius vo. vbi vult ꝙ qñ teſtator ſubſtituit heredi ſi deceſſerit ſine filijs
maſculis ꝙ propter illud verbum maſculis non comprehendatur ne-
pos ex filia: iuxta no. per Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua. verſic.
cxlvj. ⁊ ſic ſentit ꝙ vbi eſſet nepos ex filio vel vbi non eſſet adiectum il
lud verbum maſculis comprehenderetur nepos appellatione filiorũ
iſtud etiam videtur eſſe de mẽte Bal. in. l. gallus. §. inſtituens. alle. dũ
rñdendo ad. l. lucius. de her. inſti. dicit ꝙ ideo ibi appellatiõe filiorũ
continentur nepotes: qr alias ſeq̃ret icõueniẽs ꝙ prorſus extranei ꝑ-
ferrẽtur cõiũctis. i. trãſuerſalib⁹ de q̃bus loquiṫ illa lex: ſed ita eſt ꝙ
hec eadẽ ratio militat i caſu noſtro qr ſi dicerem⁹ ſub illa appellatio-
ne filiorum non cõprehẽdi nepotes ſequereṫ ꝙ illi nepotes q erant de
tranſuerſalibus teſtatoris non preferrenṫ heredibus dicti Dñici qui
erant extranei quo ad dictũ titiũ teſtatorẽ. iſtã opi. etiam ꝑciſe ſequitur
doct.in.c.ij.de dona.vbi etiam pro hoc allegatur text.in.l.ſi quis ſepa⸗
ratim.§.j.ff.de appel.ibi alleg.in glo.per quam.l.dicunt pbari ꝙ vbi
per coaceruationem fauetur iuriſdictioni tunc fieri debet coaceruatio ſe⸗
cus vbi impediretur iuriſdictio per coaceruationem vt.d.l.ſi idem cuꝫ
eodem.in princi.Ad idem text.in.c.apoſtolice.in verbo ſemel aut ſuc⸗
ceſſiue de dona.vbi ſit coaceruatio plurium ſummarum ad finem vt
non ledatur eccleſia.vnde doct.ibi maxime Pet.de ancha.⁊ Joan.de
imo.colligunt illam doctrinam ꝙ in fauorabilibus fieri debet coacer⸗
uatio vt etiam dixit Joã.de imo.in.l.ſi quis in teſtamento in prin.de
leg.j.ſecus aũt eſt in odioſis.⁊ ita loquitur id quod not.Bart.in.l.vbi
fideiuſſor.ff.de ſolu.⁊ Bar.in.l.lucius.§.quod habebit.ff.ad treb.⁊ in
l.ij.in fin.ff.de cōdi.inſti.⁊ Bal.in.l.ſancimus.§.ſi quis aũt.ſi.C.de
dona.⁊ in.l.nam ⁊ ſi.§.ſin.ff.ſi cer.peta.⁊ Ang.in.l.quoties in ſtipula⸗
tionibus.⁊ in.l.ſcire debemus.ff.de verbo.obliga.⁊ doc.in alijs legi⸗
3 bus ⁊ decretalibus ſupra allegatis dum dicunt † ꝙ ſtatutū diſponēs
ꝙ bannitus in centum poſſit impune offendi et vnus fuit bannitus in
centum ſcilicet in quinquaginta pro tali delicto ⁊ in alijs quinquagin⸗
ta pro alio delicto non poterit impune offendi quia ibi agit de odio.
Sed in caſu noſtro non agitur de odio ſed de fauore ⁊ de amplianda
in hac cauſa iuriſdictione iudicis appellationis:ergo dꝫ fieri coacer⸗
uatio vt probatur.¶ Fortius videtur ꝙ ſi dictis ſex poſitionibus
negatis fuit codē cōtextu tpis reſponſuꝫ vt ꝙ tunc debeat fieri coacer⸗
uatio quia dixit Ang.in.d.l.ſi idem cū eodē in prin.que ſequit Pau.
de caſt.et Rapha.cuma.in.d.l.vbi fideiuſſor.qḋ ſi dicta delicta pro
quibus eſt in varijs ſententijs bannitus fuerint cōmiſſa in eadem rixa
debeat fieri coaceruatio ar.no.in.l.j.in.gl.j.vnde vi.¶ Pro hoc bene
facit tex.in.l.ſi libertus minorem.§.ſi quis plures.ff.de iurepat.vbi
ſi libertus facit ſe minorem centenario alienando plures res in fraudē
patroni ⁊ queratur an oēs debeant reuocari an vero ſolū ille per quas
remanebat minor centenario dicit ibi qḋ ſi illas ſimul alienauit ⁊ nul⸗
la res per ſe ſola alienata faciebat libertum eſſe minorē cen.tenario ſed
coaceruate ſimul bene faciebant eū minorem centenario fiet coaceruatio et oēs reuocabunt:ſecus ſi ſeparatis ⁊ diuerſis temporibus fuerit
alienate:quia non fit coaceruatio.ſed ſolum reuocabitur vltima p quã
efficiebatur minor centenaria.¶ Nunc ſoluꝫ eſt videndum an habeat
obſtare ſtatutum diſponens ꝙ negans poſitionem pendentē a facto
proprio ſi fuerit probatum contrarium incidat in penã quinꝙ librarum
p qualibet poſitione negata applicanda parti quam penã iudex cōtra
quo qḋ vertere omni iure ⁊ facti exceptione remota abſꝙ alia condē⸗
natoria fienda cogere poſſit ad ſoluendū infra octo dies poſtꝙ certuꝫ
fuerit probationes eſſe factas ⁊c.prout latius in dicto ſtatuto.⁊ dico
ꝙ per hoc nō videt inde ſublata rationabilis appellatio a dicta ſnia
in caſu noſtro per quam appellationem dicat appellans ſe mundū a
4 culpa ⁊ delicto q⸗ † ſtatutū rejciens oēm exceptionē nō rejcit effectua⸗
liter exceptionem innocentie delicti ſeu exceptionem per quã quis in⸗
tendit dicere et probare ſe Innocentē vt no.Bal.in.l.edita.C.de edē.
in repe.Padu.circa antepenul.vel pe.colum.et in.l.j.§.oſſilius.circa
penul.col.ff.ne quis eum qui in ius voca.vi eri.et Ang.in ꝯſi.clxviij.
incip.in dei nomine in facto proponitur quod Baldaſar etiã per id
quod



quod habetur in cle.paſtoralis.de iudi.imo dixit no.Bal.in.l.⁊ non.
§.qḋ ſi p emptore.ff.de peti.here.qḋ ſtatutū dicens ꝙ nulla exceptio
poſſit opponi non intelligitur rejcere exceptionem fauorabileꝫ:quia
debet interpretari ſane ne inducat iniquitateꝫ.c.cum dilectus.de con⸗
ſue.⁊ arg.l.ij.C.de noxa.vnde dixit Ang.in.d.§.quod ſi p emptore ꝙ
non obſtante dicto ſtatuto admittitur exceptio ſatiſfactionis:quia na⸗
tura non patitur vt ſemel exactum exigatur iterum:et quia iura non
fauent eis qui ſunt de preda ſoliciti.Plus dicit Albe.de roſa.in pri⸗
ma parte ſtatutorum queſtione.lxxij.incipi.quero ſtatuto cauetur qḋ
nulli ⁊c.quod ſi ſtatutū diſponit ꝙ nulle exceptiones admittãtur in⸗
telligit de friuolis non de legitimis per id quod habetur in.c.ex par⸗
5 te.de offi.delega.⁊ in.l.ſi mihi meuia.ff.de lega.iij.⁊ predicta † tanto
magis vbi euidenter apparet de iniuſtitia et iniquitate ſententie no.
per Bal.in.l.j.C.ſi de momen.poſ.fue.ap.in verſi.decimo quero nun⸗
quid ſi euidens eſt ſententia iniuſta poſſit appellari ⁊c.⁊ in.l.cōſenta⸗
neū.⁊ per no.per glo.in.c.ex conqueſtione.de reſtitu.ſpo.⁊ per doc.in
c.paſtoralis.de app.⁊ maxime per dominum Abbatem ibi in.j.et.ij.
q.⁊ quod not.Lud.de roma.in rubrica.ff.de arbi.in penul.char.dum
tractat que appellatio intelligatur reiecta quando ſtatutuꝫ rejcit ap⸗
pellationem.¶ Accedit quia in caſu noſtro iudex pronūtiando ⁊ cō⸗
demnando:vt fecit:non vere ſequitur viam ſtatuti diſponentis quod
abſꝙ condēnatoria ferenda cogi poſſit ⁊ debeat ad ſoluendum omni
exceptione remota.et ſic non ſumus in caſu ſtatuti:ſed in caſu obmiſ⸗
ſo a ſtatuto.ergo ⁊c.l.ſi extraneus.ff.de condi.ob cau.l.cōmodiſſime.
ff.de libe.⁊ poſthu.facit id quod cōmuniter cōcludit glo.in.l.ab exe⸗
cutione.in prin.ff.de appel.⁊ in.l.ab executione.C.quorum app.non
6 recip.duꝫ tenent † qḋ licet ab executione nō poſſit appellari:vt ibi ta⸗
men ſecus eſt in pronuntiatione de exequendo ⁊ ſequitur hoc Barto.
⁊ Sali.in.d.l.ab executione.C.quorū app.⁊ dixit ibi Sali.ꝙ hoc con⸗
muniter ſequebantur antiqui excepto Odof.et quod ita ſequuntur
Moder.excepto Bald.ibi.⁊ cum opi.glo.tranſit etiam Ange.in.d.l.
ab executione.C.quorum app.⁊ dicit qḋ ita ſeruatur.Jta etiam tenet
ibi Jac.butri.⁊ Specu.in titu.de appel.§.in quibus.verſic,quinto.et
Barto.in.l.ſi cum exceptione.§.hec auteꝫ actio.ff.quod metus cauſa.
⁊ Bal.in addi.Specu.in titu.de execu.ſenten.in verſi.an pronūtiatio
de exequendo.⁊ in tit.de app.in ver.a pronuntiationibus in exequen⸗
do.⁊ Jo.de imo.plene in.d.l.ab excutione.⁊ do.Abbas in.c.quod ad
conſultationem.circa antepenul.colū.de re iudi.⁊ licet quidam aliter
teneant tamen quando nulla preceſſit ſententia cuius petatur executio
non videntur dicere doc.ꝙ tunc non appelletur a pronun.de exequē⸗
do:imo tūc firmat clare Salice.in.d.l.ab excutione.ꝙ poteſt appel⸗
lari:q⸗ tunc ceſſat ratio tenentiū ꝙ non poſſit appellari.ſ.ne res pro⸗
trahatur in infinitum.¶ Secundo cū in caſu noſtro in quo nulla fue⸗
rit prius lata ſententia quã quidem pronūtiauit exequēdã debet poſ⸗
7 ſe appellari.¶ Et per iſta patet † ꝙ non obſtat ſi allegaret cōtra pre⸗
dicta id qḋ no.Bal.in addi.Spe.in ti.de arbi.in.v.col.in ver.ſꝫ quid
ſi ſtatutum dicat ꝙ cōtra laudū nil poſſit objci ſeu excipi non poterit
peti reductio ad arbitrium boni viri.ar.l.j.§.qḋ aũt.ff.de allega.et ibi
plenius per eum:quia reſpondeo qḋ poſito ꝙ dictū Bal.eſſet verum
quod tamen non pono pro conſtanti.⁊ ipſemet Bal.in.l.in cauſe.la.j.
in princi.ff.de mino.reddit illam deciſionem dubitabilem ⁊ non vr̃ eã
8 firmare.Et contra † illud dictū facit:quia petitio reductionis implo⸗
ratur iudicis officio:vt no.Jnno.in.c.quintauallis.de iureiu.⁊ Bad.
in.l.arbitro.in.j.col.ff.qui ſatiſ.cog.⁊ per Barto.in.l.ſi ſocietatem.§.
arbitrorū.cū ſimi.ff.pro ſo.vbi ſi ſtatutuꝫ ſimpliciter excluderit exce⸗
ptionem non videt facultatem implorandi officiuꝫ iudicis excludere:
ſaltem vbi al's pars locupletaretur cū aliena iactura.l.⁊ plane.⁊.l.fin.
ff.de peti.here.⁊ vtrobiꝙ firmat Bal.⁊ Ang.⁊ no.Bar.in.l.j.§.ij.ff.
quod vi aut clã.⁊ Ant.de but.in.c.itē cuꝫ quis.de reſti.ſpo.⁊ Pet.de
ancha.in cle.j.de ſequeſt.poſ.⁊ in repe.c.canonuꝫ ſtatuta.de cōſti.⁊ la⸗
te Jo.de imo.in.l.ſi.ff.a quib⁹ appel.non lꝫ.vbi hoc caſu reprehendit
opi.Bal.in.l.j.C.de condi.inde.⁊ Sali.in.l.ita pudor.C.de adul.qui
contrarium tenebant tamen vt dixi poſito ꝙ illud dictū Bal.eſſet ve⸗
rum in ſe reſpondeo ꝙ ſtatutū in caſu noſtro non dicit ꝙ contra ſentē⸗
tiam iudicis condemnantis ad penam illam negãtem poſitiones non
poſſit excipi:ſꝫ dicit ꝙ abſꝙ condēnatoria cōpellat negãtē poſitiōes
illum omni exceptione remota.⁊ iſta ſunt diuerſa condemnare ⁊ exe⸗
qui abſꝙ condemnatione.vt patet ex iam dictis.Jtē illa verba ſtatu⸗
ti non intelligunt excludere cū effectu iuſtam exceptionem innocētie.⁊
maxime vbi eſſet euidēs per dicta ſupra.¶ Non obſtat ꝙ ſtatutū di⸗
cat ꝙ fiat illa executio infra octo dies poſtꝙ certū fuerit pbatiōes eē
factas contra negantē:quia pōt rñderi negando certū eſſe ꝙ predicte
probationes ſint facte ſi ita eſt rei veritas:⁊ etiã poteſt reſponderi qḋ
dictū ſtatutū intelligitur qñ non eſſet lata condemnatoria ⁊ ab ea eſſet
appellatū.⁊ appellatio nō ſit manifeſte fruſtratoria:vt Bal.ī.l.ij.ad
ſi.C.de vſur.rei iudi.in queſtione ſtatuti de qua ibi:⁊ ēt Bald.in addi.
Spec.in tit.de ſentē.in.xix.col.ver.dicit ꝙ ſtatutum condemna.⁊c.fa⸗
cit in ſimili.l.iij.§.ſi quis habet.ff.de ſtatu libe.Ex quibus oībus con
cludo a dicta ſententia poſſe appellari que cōcluſio etiã equitati mul⸗
tum amica eſſe videtur.Alex.tarta.

¶ Summarium ſuper conſilio.xcviij.

1 ☞ Vaſallus non poteſt alienare feudum in eccleſiam.
2 Qui efficitur clericus vel habet habitum religionis in feudum pater⸗
num non ſuccedit.⁊ nu.5.6.8.⁊.19.
3 Militans deo non debet ſe implicare negocijs ſecularibus.
4 Filius ciuilis nō ſuccedit in feudo.⁊ nu.20.
6 Femina reputatur inhabilis ad feudum.
10 Vaſallus poteſt ſeruire per ſubſtitutum quãdo feudum transfertur in
eum qui efficitur inhabilis.⁊ nu.13.⁊.21.
11 Juramentum fidelitatis poteſt preſtari per procuratorem.
12 Minor retinere poteſt feudum abſꝙ eo quod fidelitatem faciat durã⸗
te illa etate minori.
14 Jn his que ad extraneos non traſmittunt non ſuccedit eccleſia.
15 An vaſallus poſſit transferre feudum in monaſterium quod edifi⸗
cabat.⁊ nu.17.
16 Feudum honorificum idem importat qḋ feudum franchum.
18 Vſuſfructus ingredientis monaſterium durabit quouſꝙ naturaliter
viuet ingrediēs.

¶ Conſilium.xcviij.

¶ An feudū qḋ tranſiuit ad feminã que poſtea ingreditur monaſte⸗
rium reuertatur illico ad dñm feudi:an vero tranſeat in monaſterium
durante vita vaſalli.¶ Et an poſſit preſtari ſeruitium dño p ſubſtitu⸗
tum.Et an ſubſtitutiones feudales ſeruentur in feudis eccleſiaſticis.
Et an iuramentuꝫ fidelitatis poſſit preſtari per tutorē vel aliū.Et an
feudum honorificum ſeu franchum tranſeat in eccleſiam.

REdemptoris noſtri inuocato ſuffragio.Viſo iſto inueſtiture feudi † paterni in
1 pſonam Margarite ⁊ Catharine pupillarum de il⸗
lo feudo honorifico p ſe ⁊ heredib⁹ vtriuſꝙ ſex⁹ ⁊ ex
qualibet earū legitime deſcēdētib⁹ queadmodū etiaꝫ
fuerat conceſſum patri earum pro ſe ⁊ ſuis heredibus vtriuſꝙ ſexus
⁊ quedam dña Margarita monaſterium monacharum ſancti Do⸗
minici ingreſſa eſt.⁊ ibi profeſſa:queritur in effectu an in monaſte⸗
rium tranſeat dictum ius feudale ſaltē donec vixerit dña Margarita.
¶ Et prima facie videretur dicendum ꝙ non:quia pro hoc vr̃ tex.i.c.
j.§.j.de alie.feu.vbi vaſallus nō poteſt alienare in eccleſiaꝫ:q⸗ eccleſia
perpetuo viuit ⁊ non morit vt ibi.⁊.xij.q.ij.c.liberti.el.ij.merito dete⸗
rior fieret conditio dñi.¶ Scḋo pro hac parte vr̃ caſus in.c.qui cleri⸗
cus.in ti.ſi de feu.fue.contro.inter do.⁊ agna.vbi tex.vult ꝙ ſi vaſal⸗
lus efficiat clericus vel votum religionis aſſumat eo ipſo ſit priuatus
feudo.¶ Tertio pro hoc vr̃ eſſe tex.in.c.j.de vaſ.mili.qui arma belli.
depo.vbi miles aſſumēs habitum religionis priuat feudo.¶ Quar⸗
to vr̃ idem pbari in.c.j.an mutus vel ſurdus vbi habet ꝙ vaſall⁹ effe⸗
2 ctus clericus feudum retinere nō pōt.¶ Quinto pbari † vr̃ in.c.j.§.ſi.
in ti.de benefi.femine alias eſt rubrica de feudo femine vbi ille qui effi⸗
citur clericus vel conuerſus vel aliquo mō habitū religionis aſſumat
in feudum paternuꝫ nō ſuccedit.⁊ ſi illḋ habebat pdit ipſuꝫ.¶ Sexto
3 probatur † q⸗ militãs deo non dꝫ ſe implicare negocijs ſecularibus.c.
j.⁊ fere per totum in ti.ne cleri.vel mona.xxj.q.iij.c.placuit.⁊.c.cypria⸗
nus.⁊ ceſſante officio ceſſare dꝫ bñficium.l.generaliter.C.de epiſ.⁊ cle.
l.neſennius.cum.l.ſeq.ff.de excuſa.tuto.cum ſi.nemoꝙ etiam poteſt
duobus dominis ſeruire.l.ſi.C.de offi.aſſeſ.c.quia intantum.⁊.c.de
4 multa.de preben.¶ Septimo † quia filius ciuilis non ſuccedit in feu⸗
do.c.adoptiu⁹.in ti.ſi de feu.fue.contro.inter.domi.⁊ agna.Sed mo⸗
naſterium dr̃ filius ciuilis.c.in preſentia.cum ibi no.de pba.⁊ in aut.
niſi rogati.C.ad trebel.⁊ in aut.ſi qua mulier.C.de ſacroſan.eccle.cum
ibi no.ergo ⁊c.¶ Octauo pro iſta parte facit tex.in.c.ij.de duob⁹ fra⸗
tribus de nouo benefi.inueſti.vbi non dꝫ dominus compelli habere
5 alium in vaſallū quam iſtū quē elegit.¶ Nono p iſta parte † videtur
eſſe glo.⁊ ibi clarius.not.Bart.in.l.j.C.de legi.vbi tenent ꝙ mona⸗
chus non ſuccedat in feudo paterno:quia non poteſt preſtare ſeruitia
6 debita.¶ Decimo probatur † ex his que notat.Cy.poſt Marti.ſilli.
in aut.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccl..vbi concludit ꝙ ſi queraf,an ſi feu⸗
datarius ingrediatur monaſterium tranſeat feudū in monaſterium dꝫ
diſtingui:aut eſt tale feudum p quo debet reale ſeruitiū.⁊ tunc trãſit
in monaſteriuꝫ.arg.inſti.de acquiſi.p arroga.§.j.⁊.l. .ff.de ſta.
ho.nam ex quo debetur reale ſeruitium nō eſt proprie feudū ⁊ de for⸗
ma fide.Aut debet perſonale ſeruitium.⁊ tunc ſubdiſtinguit aut eſt
datum ad certum genus ſeruitij ꝙ fieri poteſt.c.fin.de capita.qui curi.
vendi.c.j.§.pen.in titu.quid ſit inueſtitura.⁊ tunc ſi ſit tale ſeruitiū ꝙ
poſſit honeſte exhibere clericus ipſe exhibebit ⁊ feudum nō reuertetur
ad dominum ⁊ ſi ſuperueniet iuſtū impedimentū ſeruiet p ſubſtitutū
l.nullus.C.de decurio.lib.x.Si autem ſit incertum ſeruitium preſtan⸗
dum tunc ipſo iure liberatur a ſacramento fidelitatis ingrediendo
monaſterium in.c.primo.de benefi.femine.nec poteſt deſeruire per
ſubſtitutum.q⸗ videtur ſpecialiter electa fides vaſalli.ar.l.j.ff.de offi⸗
cio eius cui mã.eſt iuriſdictio.in contrarium tamen allegat id ꝙ no⸗
tatur ī.l.antiquitas.C.de vſufruc.⁊ id quod habetur in.l.ad ſimilitu⸗
dinem.⁊ in.l.quiſquis.C.de epiſco.⁊ cle.⁊ in.l.agētes.C.de agentibus

in rebus.lib.xij.⁊.l.pe.ff.de ope.liber.⁊ aliter non ſe firmat Cy.in di-
7 cta auť.ingreſſi.¶Ad idem † qđ no.in.l.deo nobis.C.de epi.⁊ cleri.in
vj.colū.vbi dixit ꝙ ſi filius effectus eſt monachus non tranſibit patre
mortuo ad monaſterium regnū aut ducatus aut baronia patris:quia
ad monaſterium non tranſit niſi ad heredes ſanguinis:vt not.xxvij.
q.ij.in.c.ſcrip.⁊ ita etiam no.Bald.in.l.data opera.in.xvij.colum.C.
8 qui accuſa.non poſ.¶Nec dicatur † ꝙ iura ſuperius allegata in con-
ſtitutionibus feudalibus non debent allegari in materia feudi eccle-
ſiaſtici:ſed ſolum debent allegari iura canonica:quia etiam in feudo
eccleſiaſtico debent attendi dicte cōſtitutiones feudales ſi expreſſe nō
contradicunt canoni.c.ceterum.de iudi.⁊ ibi not.doct.maxime domi.
Cardi.florenti.et dominus Abbas et no.Joan.calde.in ſuo conſilio
cxcij.incip.articuli ſuper quibus.vbi ad hoc allegat not.in.c.j.de no.
oper.nuntia.⁊ id quod habetur.x.diſtinctio.c.ſi in adiutorium.⁊ capi-
tulis ſeq.attento quod dicte conſtitutiones feudales ſunt aut expreſſe
compilate pro parte ab imperatoribus ⁊ pro alijs partibus creditur
eas eſſe tacite approbatas ab imperatoribus.allegat not.per Joan.
and.in.c.ex parte.de feudis.ſed ſi eſſent leges alioruʒ inferiorum ⁊ nō
imperatorum tunc dicit eſſe verum quod non ſeruaretur in cauſis ec-
cleſiarum.ita procedit id quod habetur.xcvj.diſtinctio.bene quidem
⁊ in.c.eccleſia ſancte marie.de cōſti.⁊ ita dicit not.per Hoſtien.⁊ Joā.
and.in.c.fin.de ſolu.facit ſm eum id quod not.Jnnocen.in.c.nouit.in
verbo theodoſius.de iudi.facit quod dicam infra referendo Bald.in
c.que in eccleſiarum.de conſtitu.iſtam opinio.etiam quod perdat̃ feu-
dum ⁊ non tranſeat in eccleſiam videtur tenere Barto.in.l.ſi finita.§.
ſi de vectigalibus.ff.de dam.infec.in ſecūda colum.¶Sed premiſſis
non obſtantibus puto in caſu noſtro contrarium eſſe de iure verius ſci-
licet quod feudum trāſeat in monaſterium ⁊ ſic poſſit dicta Marga-
rita per alium deſeruire ad id ad quod tenetur ex iuramentō fidelita-
tis.et per ea que promiſſa ſunt in inſtrumento inueſtiture etiam feu-
dum durabit apud eccleſiam donec naturaliter vixerit domina Mar-
9 garita.Ad hoc † moueor quia feudum iſtud fuit a principio cōceſſum
patri dictarum mulierum pro ſe ⁊ heredibus vtriuſqʒ ſexus.et mor-
tuo patre ſuperſtitibus iſtis duabus filiabus fuerunt ipſe inueſtite de
hoc feudo vt ſupra.Conſtat autem quod femina reputatur inhabilis
ad feudum.c.j.§.hoc autem notandum.in titu.qui feu.dare poſ.in
principio.de gradi.ſucceſ.in feu.c.j.de ſucceſ.feu.c.j.an mutus vel ſur-
dus.cum ſimi.⁊ ratio eſt quia ipſa non poteſt dominuʒ iuuare nec pu-
gnam facere.ita dixit gloſ.cōmuniter approbata in.d.§.hoc autē no-
tandum.in titu.qui feu.da.poſ.⁊ in.d.c.j.in titulo an mutus vel ſur-
dus.facit.l.quiſquis.verſi.ſed ad filias.C.ad legem iul.maieſta.Te-
netur enim vaſallus iuuare dominum ſuum etiam in hoſtes pergen-
tem.c.j.§.ſi.de pace iura.fir.c.j.§.item qui dictuʒ.que fuit prima cauſa
beneſi.amit.c.j.§.j.de capitu.corra.verum eſt quod vbi expreſſe actum
eſt quod in feudum ſuccedat femina tunc poteſt admitti ad feudum vt
fuit in caſu noſtro vt in.d.c.j.§.filia.de ſucceſ.feu.⁊.c.j.de gradi.ſuc.in
feu.et.c.j.epiſcopum vel abbatem.c.ſignificauit.de reſcrip.et tunc vi-
detur eſſe actum quod femina poſſit deſeruire per ſubſtitutuʒ:ita not.
decidit Spe.in titu.de feudis.§.quoniam.verſicu.xxj.vbi dixit quod
cum conſuetudo ſit in aliquibus locis quod mulier ſuccedat in feudum
iuxta.d.c.ſignificauit.ſi queratur qualiter ſeruiet domino feudi et re-
ſpondet quod ipſa erit vaſalla ⁊ iurabit per ſe fidelitatem.argu.l.ij.ff.
de iuriſdi.om.iudi.ſed ſeruiet per ſubſtitutum domino feudi.arg.l.
vnice.§.ne autem.ver.ſi autem in faciendo.C.de cadu.tollen.⁊ idem
tenet Joan.and.in addi.ſuper dicto verſiculo.xxj.vbi addit plus qđ
ipſa poſſet preſtare iuramentum fidelitatis per alium et quod poſſit
ſeruire per ſubſtitutum et ſic apparet hoc caſu non eſſe electam indu-
ſtriam perſone et ita etiam tenere videtur Jaco.de bel.in diſtinctione
ſua in.l.quiſquis.de epiſco.et cleri.et And.de iſer.in.c.j.in fin.de va-
ſal.mili.qui arma belli.depo.⁊ in.c.j.§.fina.de beneſi.femine vt infra
10 referam.Et † quod poſſit vaſallus ſeruire per ſubſtitutū quando feu-
dum tranſiuit ad euʒ qui efficitur inhabilis probatur in.c.ſi quid de-
ceſſerit.et ibi not.in titu.ſi de feu.fue.contro.inter domi.⁊ agna.et in.l.
quiſquis.cum gloſſ.et ibi not.doc.⁊ in.l.ad ſimilitudinem.C.de epi.
⁊ cleri.Sed ita eſt quod omnes tenent quod vbi ſumus in caſibus in
quibus ſeruitium preſtari poſſit de iure per alium vt per ſubſtitutum
tranſit feudum ad monaſterium ⁊ monaſterium ſeruiet per ſe vel per
alium vt firmat Jnnoc.in.c.j.in princi.de proba.vbi dixit ꝙ ſi ille qui
ingreditur monaſterium habebat feudum illud tranſibit in monaſte-
rium ſi pro feudo debentur aliqua ſeruitia que poſſint a monaſterio
exhiberi honeſte per ſe vel per aliū.arg.d.l.quiſquis alias redibit ad
dominū.arg.l.j.§.ne aūt.C.de cadu.tollē.⁊.d.l.inter artifices.et idem
dicit Hoſtien.Joan.and.⁊ Anto.de but.in.d.c.in preſentia.⁊ archi.
xviij.diſtin.in.c.ſi qua mulier.et dicit dominus Abbas ſicu.in.d.c.in
preſentia.quod ſm illam diſtinctioneʒ debet intelligi tex.in.c.qui cle-
ricus.in tit.ſi de feu.fue.contro.inter do.⁊ agna.Jta etiam eſt de men-
te Bal.in.c.j.de beneſi.femine.Salice.etiam in dicta auten.ingreſſi.in
ſi.dicit ꝙ cōiter doc.tenēt ꝙ ſi debetur pro feudo ſeruitiū perſonale ꝙ
poſſit ab ingrediente monaſterium preſtari honeſte per ſe vel per ido-
neum ſubſtitutum tranſibit in monaſterium.⁊ poterit per ſubſtitutum
preſtari propter iuſtū impedimentum per.d.l.quiſquis.⁊.l.ad ſimili-
tudinem.hanc partem fortius ſuſtinet Oldra.in preallegata auten.
ingreſſi.quem refert ⁊ ſequitur Joan.and.in addi.Spec.in ti.de ſta-
tu mona.§.j.ſuper ver.verbo.Nam dicunt ipſi ꝙ iſte ingrediens mo-
naſterium feudum iam habuerat ⁊ fidelitatem fecerat retinebit feu-
dum nec vitiatur licet caſus ſuperuenerit a quo incipere non potuiſ-
11 ſet.c.factū legitime.de reg.iur.lib.vj.Sʒ ita † eſt qđ dicta Margari-
ta iam feudum habuerat ⁊ mediante perſona tutricis preſtiterat iura-
mentum fidelitatis qđ quidē fieri potuit.l.quoties.§.ſi inter.ff.de no
va.l.ij.§.ſi autem.C.de iura.calum.⁊ no.Jaco.in ſumma feudorū po-
teſt enim tale iuramentum per procuratorem ⁊ interpoſitam perſonā
preſtari.c.j.§.pen.in titulo per quos fiat inueſti.no.glo.⁊ doc.in.c.j.
in verbo abſentia in tit.quo tempore miles.xliij.diſtin.c.tibi domino.
cum glo.c.j.§.verum.de ſta.reg.lib.vj.⁊ declarat Bal.in.l.j.§.ne aūt.
de cadu.tollen.⁊ in.c.ſi.per quos fiat inueſti.⁊ ibi expreſſe dicit poſſe
12 fieri a tutore.Quinimo † minor retinere poteſt feudum abſqʒ eo ꝙ fi-
delitatem faciat durāte illa etate ſcilicet minori.c.ſi quis deceſſerit.in
titu.ſi de feu.fue.contro.inter do.⁊ agna.precedens tamen cōcluſio tu-
13 tior mihi videtur.¶Fortificant † predicta ꝑ ea q̃ no.glo.j.de beneſi.
femi.vbi gloſ.tenet ꝙ ſi vaſallus ingrediens monaſteriū eſt paratus
ſeruire per ſubſtitutum nō reuertetur feudū ad dominū.arg.d.l.quiſ-
quis ⁊.d.l.ad ſimilitudinem.⁊ illam glo.ſequitur Ja.de bel.in.c.qui
clericus.in titu.ſi de feu.fue.cōtro.illam etiam ſequi videtur Fulgo.in
dicta auť.ingreſſi.facit ad hoc tex.in.c.imperialeʒ.licet glo.de hoc du-
bitauerit in.d.c.qui cleric⁹.⁊ poſito ꝙ diceretur dubitabilem eſſe opi.
glo.in.d.c.j.§.ex hoc.de beneſi.femi.intelligendo generaliter in quo-
cunqʒ feudo cuicunqʒ cōceſſo.⁊ ideo glo.ibi vſa eſt dictione forte.tamē
quo ad caſum noſtrum quādo eſt feudū cōceſſum femine quo caſu de-
ſeruire poteſt feudo per ſubſtitutum:vt probaui ſupra:puto id dubiū
non eſſe:ſed firmum ꝙ tranſeat ad monaſterium ſaltem donec illa na-
14 turaliter vixerit per ea que dicta ſunt.¶Ad quorū † confirmationem
accedit deciſio Bald.in auť.niſi rogati.in vltima colū.C.ad treb.vbi
dixit ꝙ in his que ad extraneos non tranſmittuntur propter ipſi⁹ rei
naturam:prout ſunt feuda non ſuccedit eccleſia ſeu monaſteriuʒ mor-
tuo feudatario ingreſſo monaſterium:quia eccleſia eſt cultrix ⁊ auctrix
iuſtitie.⁊ non patitur aliquid contra iuſtitiam eſſe vel fieri in ſe vel in
altero.d.c.j.§.j.de aliena.feu.tamen dicit ꝙ interim donec viuit vaſal-
lus feudum non redit ad dominum.ſed eccleſia habet cōmoditatē cum
ſeruitium iuxta feudi conditionē nō minus deſcēdētibus preſtare poſ-
ſit eccleſia q̄ʒ vaſallus per ea que habētur in.d.c.in preſentia.§.ceteꝝ.
ſed ſi ſeruitium ſit tale qđ nō poſſit adaptari eccleſie reuertet̃ ad domi
num.vt in.c.j.de vaſal.mili.qui arma belli.depoſu.Idem tenuit Bal.
in.c.que in eccleſiarum.de conſti.in.iij.col.vbi dixit qđ feudatarius po
teſt alienare in eccleſiam vt in.§.j.in auť.de aliena.⁊ emphy.⁊ q̃ eccle-
ſia eſt cultrix iuſtitie ⁊c.vt in.d.c.j.§.j.de alie.feu.niſi feudatarius in-
grediatur monaſterium:quia tūc alienatio neceſſaria eſt tam diu du-
rabit naturalis vita vaſalli:eo aūt mortuo ſi feudum erat perpetuū ⁊
tranſitoriuʒ in monaſteriū:quia tale feudū redditur ad iſtar proprie-
tatis.⁊ tamen poteſt appellari feudum.c.inter dilectos.de ſi.inſtru.ſi
autem erat ad vitaʒ qđ interpretatur de vita naturali finiet̃ morte na-
turali:q̃ nulle remanerent eius reliquie ⁊ finito iure datoris finietur
ius acceptoris.c.j.§.curſus.quibus mo.feu.amit.l.lex vectigalis.ff.
de pigno.Jta dicit Bal.in.d.c.que in eccleſiarum.ſubdens ꝙ dici po
teſt iſta procedere vbi ſeruitium feudi poteſt explicari per monaſteriū
ſed ſi non poſſet explicari rediret ad dominum non mutatione pſone
ſed extinctiōe finalis cauſe:vt in.d.c.j.de eo qui arma bel.depo.¶Nec
dicatur ꝙ ille tex.ſit contra libertatem eccleſie:quia eſt feudum in quē
15 tex.dixit eſſe vnicum.⁊ ita reſidet Bal.ibi.¶Ad hoc † etiam qđ vo-
luit Bald.in.c.inter dilectos.de ſi.inſtru.in.iiij.colū.vbi querit an va-
ſallus ibi poſſit feudum transferre in monaſterium quod edificabat ⁊
dicit quod Hoſtiē.tʒ ꝙ aut dñs feudi vult retrahere feudum ad ſe aut
non.primo caſu non poſſit hoc facere durante vita vaſalli:ſʒ mortuo
poteſt dominus retrahere poſtq̄ʒ eſt mortu⁹ ſine herede proprij ſan-
guinis.argu.d.l.lex vectigalis.ſcđo caſu qñ dñs non vult retrahere
valet tranſlatio facta in monaſterium.⁊ ſubdit ꝙ aliqui dicunt ꝙ ſi feu
dum eſt franchum ⁊ exemptū a legibus penalibus feudoꝝ qđ eſſe po-
teſt dūmodo ſit immutat.dolū finit̃.nō remittat.l.cōuenire.ff.de pac.
dota.tunc poterit monaſteriū hr̃e feudū.⁊ illud vltimū ponit Bald.
in feudo francho.ſ.ꝙ tranſeat in eccleſiā voluit etiā Bal.in.d.auť.niſi
rogati.in vlt.col.⁊ in.l.ſi plures.C.de condi.inſer.in.ij.col.p.d.c.inter
16 dilectos.Et † iſtud etiam poſſet facere ad ꝓpoſitū noſtrū:quia feudū
honorificum quale eſt feuduʒ conceſſuʒ domine Margarite ⁊ eius pa-
tri vr̃ idem importare quod feudū franchū ſecūdū Ubertū de bobio
vt refert Joan.and.in addi.Spec.in tit.de preſcrip.in rubrica.tamen
quo ad caſum noſtrum hoc vltimum fundamentum:ſcilicet ea ratio-
ne ꝙ feudum ſit honorificū non pono pro conſtanti nec expedit quia
aliter ex ſupradictis apparet eſſe fundatam intentioneʒ monaſterij.⁊
ſic dato ꝙ dñs epiſcopus inueſtiuerit dominā Catharinā poſt pro-
feſſionem dñe Margarite de dicto feudo:vt veteri ⁊ paterno non in-
telligitur eſſe ſublatū ꝑ talē inueſtiturā ius dñe Catharine ſi qđ in eo
habebat.



habebat.vt in.c.j.in principio.⁊ ibi notant glo.⁊ doc.in titu.per quos
fiat inueſti.⁊ tanto magis quia dominus epiſcopus vel vicarius reſer
17 uauit ius alteri⁹ perſone.¶Et quāuis † ex predictis ſatis appareat
reſponſio ad allegata in contrarium tamē breuiter reſpondeo ad tex.
in.c.j.de aliena.feu.quando vellet in perpetuum fieri vaſallus ꝙ fie-
ri non poteſt:quia fieret deterior conditio domini cum eccleſia nunq̄ʒ
moriatur ⁊ ſic feudum nunq̄ʒ reuerteretur ad dominum.Sed tranſla-
tio que fit per ingreſſum monaſterij non eſt nullius nature patet per
no.per glo.⁊ Bald.in.l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verbo.obli.vbi ha-
betur ꝙ rem quam non poſſum transferre titulo venditionis in eccle-
ſiam.tamen potero transferre ſi ingrediar monaſterium transferendo
rem illam per talem ingreſſum.ita etiam eſt de mente Bal.in.d.c.que
in eccleſiarum.de conſti.⁊.d.auť.niſi rogati.⁊ durabit feudū quouſqʒ
naturaliter viuet vaſallus ⁊ non vltra per.d.§.rurſus.⁊.l.peto.§.pre-
dium.ff.de lega.ij.cum ſimi.et ſic non ſit deterius ius ipſius domi-
18 ni feudi.¶Ad hoc facit † quod diximus de vſufructu competente ei
qui ingreditur monaſterium quia non finitur ſed durabit quouſqʒ na-
turaliter viuet ingrediens vt no.per gloſſ.⁊ doc.in.d.auť.ingreſſi in
d.c.ſi qua mulier.et in auť.idem eſt.C.de bonis que libe.⁊ Spe.de ſta.
mona.ver.xlvij.⁊ no.doc.in.d.c.in pſentia.⁊ ſic ptʒ ꝙ ſi alicubi reperit̃
ꝙ commoditas iuris exiſtēs penes aliquē ingredientem monaſteriuʒ
non tranſeat in monaſterium durante naturali vita ingreſſi eſt ſpecia
lis caſus ⁊ contra regulas iuris communis.ideo non extendendus eſt
ad alios caſus ex identitate rationis.l.ius ſingulare.⁊.l.quod vero.ff.
de legi.l.ſi vero.§.de viro.cum materia.ff.ſolu.matrimo.¶Non ob-
ſtat tex.in.d.c.qui clericus.⁊ in.c.j.de vaſal.mili.qui arma belli.depo.
⁊ in.c.j.an mutus vel ſurdus.⁊ in.c.j.§.ſi.in ſi.de beneſi.femine.quia il-
la iura loquuntur niſi eſſemus in caſu in quo poſſet vaſallus deſerui-
re per ſubſtitutum feudo vt tenent docto.in.d.auť.ingreſſi.⁊ in.d.c.ſi
qua mulier.⁊ Joā.and.⁊ alij in locis ſuperius allegatis.⁊ Bal.etiam
in.d.c.qui clericus.et in.d.c.j.de vaſal.mili.qui arma belli.depo.et in
d.c.de beneficio.⁊ ſic illa iura non loquuntur in feudo conceſſo femine
ſed hoc feudum qñ datur femine vel pro femina eſt huiuſmodi natu-
re vt poſſit deſeruire femina per ſubſtitutum.vt probatur in princi.
⁊ confirmatur per id quod no.Andre.de iſer.in.d.c.j.in fin.de vaſal.
mili.qui contumax ⁊ arma belli.depo.⁊ in.c.j.§.fin.de beneſi.femi.vbi
19 dixit † quod quando feudum conceditur ei qui iam eſt clericus.⁊ ſic ei
qui conſueuit reputari inhabilis ſm regularem naturam feudi:vale-
bit conceſſio ſi dominus ſciebat ipſum eſſe clericuʒ.⁊ dixit quod ita po-
teſt intelligi id quod habetur in.d.c.j.de cleri.qui inueſt.fecit.et tunc
ſm eum clericus ſeruiet per ſubſtitutū per.d.l.quiſquis.⁊.l.ad ſimili-
tudinem.de epiſco.⁊ clericis.⁊.c.ſi minor.ſi de feu.fue.contro.inter do
mi.⁊ agna.pari ratione.ergo idem dicendum eſt in femina que in hac
materia equiparatur clerico in.c.j.in titu.an mutus vel ſurdus.
¶Et per iſta etiam eſt reſpōſum per id quod dicitur ꝙ militās deo
non debet ſe implicare negocijs ſecularibus:quia ceſſante officio de-
bet ceſſare beneficium ⁊c.quia dico ꝙ deſeruietur per ſubſtitutū vt iaʒ
20 eſt dictum.¶Et non † obſtat etiam ꝙ filius ciuilis non ſuccedit in feu
do quia non dico ꝙ monaſterium ſuccedat ⁊ quod duret feuduʒ apud
monaſterium donec monaſterium duret ſed dico ꝙ illa commoditas
vtilis dominij ipſius vaſalli erat monaſterij:ſicut ſunt alia bona in-
greſſi ⁊ ſicut eſt cōmoditas vſuſfuctus pertinens ad ingreſſuʒ vt dicta
auten.ingreſſi.cum ibi no.⁊ per hoc eſt reſponſum ad not.per Bald.
in.d.l.deo nobis.cū ſimi.⁊ ad id quod dicebat:quod dominus non de-
bet compelli habere alium in vaſallum quam illum quem eligit quia
non dico ꝙ monaſterium ſit vaſallus.ſed quod per ſubſtitutū vaſalli
poteſt preſtare ſeruitium dño feudi ⁊ viuente vaſallo durabit commo-
21 ditas vt eſt probatū.¶Non obſtāt † no.per Cy.in dicta auť.ingreſſi.
quia ibi Cy.non ſe firmat:imo vltimo loco recitat opi.que facit ꝙ in
monaſterium tranſeat feudum et vltima opi.videtur approbata vt
not.in.l.qui filium.§.ſabinus.ff.ad trebel.⁊ in.l.bona fides.ff.depoſi.
et in.l.ſi idem cum eodem.§.ſi.ff.de iuriſdi.om.iudi.cuʒ ſimi.Quin-
imo Cy.⁊ omnes fatentur ꝙ quādo feudum eſt talis nature qđ poſſit
deſeruire vaſallus per ſubſtitutum non redit feudum ad dominum.
licet ingrediatur vaſallus monaſterium.Ex quibus concludo feuduʒ
illud non fuiſſe reuerſum ad dñm ⁊ durare donec durabit vita natura-
lis dñe Margarite ⁊ ſeruitium debitum pro feudo per aliū poſſe pre-
ſtari domino feudi.Alex.tarta.de Jmo.

¶Summarium ſuper conſilio.xcix.

1 Pena adulterantis eſt pena vltimi ſupplicij.
2 Nihil ad nos de his que foris ſunt.⁊ nu.14.
3 In beneficijs generaliter conceſſis non videntur comprehendi perſo-
ne odioſe.
4 Judei dicuntur perſone infames.
5 Judei dicuntur eſſe de corpore ciuitatis quamuis non ſint de corpore
ſpirituali.
6 Qui non ſunt ſubditi imperio romano non habent filios in poteſtate.
7 Eadem pena debet eſſe in iudeis qualis eſt in chriſtianis.⁊ nu.11.
8 Statutum diſponens ꝙ ſi quis offenderit ciuem puniatur debet intel-
ligi de vero ⁊ naturali ciue.
9 Jmmunitas conceſſa incolis certi loci extendit ſe ad iudeos.
10 Licitum eſt cum iudeis ſocietatem habere atqʒ commercium.
13 Meretrix dicitur proſtituere etiam ſi non reſideat in lupanari:ſed in
quacunqʒ domo ſtet pudori ſuo non parcens.
15 An pro delicto blaſphemie commiſſo per iudeum ſpectet inquirere
ad iudicem eccleſiaſticum an ad ſecularem.
16 Generalis diſpoſitio fauorabilis non debet ad perſonas odioſas
extendi.
17 Judeus poteſt eſſe procurator chriſtiani.
18 Princeps abſqʒ legitima cauſa pacificos iudeos ⁊ ſimiles infideles
expellere non poteſt.

¶Conſilium.xcix.

¶Si iudeus cōmiſerit adulterium cū chriſtiana nupta qua pena pu
niatur ſtante ſtatuto in loco quod pro adulterio ſit pena centum.

R**Edemptoris noſtri inuoca**
to ſuffragio.Uiſa inquiſitione formata contra Abraam
olim Angeli hebreum ex eo quod carnaliter cognouit
Benedictam chriſtianam vxorem Bartholomei de cul
tolinis ⁊ viſa eius confeſſione ⁊ ſtatuto loci ſub rubri.de pena com
mittentis adulterium in quo cautum eſt quod ſi quis adulterium com
miſerit in libris centuʒ cōdēnetur.⁊ viſis etiā decretis apoſtolicis ma-
1 xime Pij ſcđi videret̃ prima † cōſideratione dicēdū dictū hebreū eſſe
pena vltimi ſupplicij plectendum:⁊ non in libris centum vt ſtatutum
diſponit q̃r de iure communi pena maioris adulterantis eſt pena vlti
mi ſupplicij.l.quamuis.la.ij.C.de adul.l.quāuis.l.ne quis.C.de iude.
⁊ inſti.de pub.iudi.§.inter illa.⁊ dicit Sali.in.d.l.ne quis.ꝙ licet
in muliere adulterante ſit hodie correcta pena iuris antiqui quia ho-
die nō eſt pena vltimi ſupplicij ſed vt detrudatur in monaſteriū ſcđm
quod habetur in auť.ſed hodie.C.de adulte.Nec illud in maſculo eſſet
2 immutatum:imo ipſe ꝑ punietur pena capitali vt ibi ꝑ eū.nec † ſtatutum
videtur hoc caſu attendendū q̃r ſtatuentes nō videnť intellexiſſe de iu
deis qui ſunt de alio grege:quia nil ad nos de his que foris ſunt.vt
3 in.c.gaudemus.de diuor.⁊.xvi.di.qui ſyncera.⁊.ij.q.j.multa.⁊ † quia
in beneficijs generaliter cōceſſis nō videnť comprehendi pſone odio-
ſe vt.l.lucius.§.lucius titius.ff.de lega.ij.quam ita no.ſummat ibi
Jaco.de are.⁊ Barto.ergo dictū ſtatutū reducēs penam capitalē ad
penam pecuniariam centū librarū nō debet comprehendere iudeos q
4 † dicuntur perſone infames ⁊ proterea ab omnibus honoribus digni
tatibus ⁊ officijs repelluntur.l.ſi.C.de iudeis.iiij.diſt.nulla.xvij.q.iiij.
conſtituit et tex.in.d.l.fina.eos appellat inſultantes fidei noſtre.
¶Sed premiſſis non obſtantibus puto contrariam opi.oīno verio
rem.Et primo quia ſtatuta alicuius ciuitatis vel loci ibi ſeruari de-
bent quo ad imperiuʒ loci ſicut ceſſante ſtatuto ſeruari dʒ ius ciuile ro
manorū.l.oēs ppli.ff.de iuſti.⁊ iur.⁊ in.§.oēs.cum.§.ſeq.inſti.de iure
5 natu.⁊.j.diſt.ius ciuile.c.ius quiritum.ſed iudei † dicuntur eſſe de eodē
populo ⁊ corpore ciuitatis quamuis nō ſint de corpore ſpūali.l.chri-
ſtianis.C.de paganis ſacrificijs ⁊ tēplis.et ita expreſſe dicunt Mo-
der.in.c.iudei ſiue ſaraceni.de iude.qui pro hoc etiam allegāt id quod
habetur in auť.de queſtore.in princi.ibi dū tex.dicit ciuitas noſtra po
puloſa eſt turbis diuerſorum hominū ⁊ quod per illum tex.not.Bal.
in.c.j.de for.fideli.⁊ in tit.de pace conſtan.in verſic.nos romanos.⁊ ex
hoc inferūt ꝙ ſtatuta que cōiter ſunt per Jtaliam diſponentia extan-
tibus maſculis femine non ſuccedant habeant locum etiam in iudeis.
¶Pro hoc ⁊ ſecūdo facit quia iudei exiſtentes in locis in quibus ſer
uatur ius ciuile romanorū dicunť eſſe in populo ro.quo ad hoc vt le-
gibus illis viuant.l.iudei romano.C.de iudeis.⁊ no.in.d.c.ius quiri-
tum.⁊ plene no.Jnno.in.c.quod ſuper his.de voto.⁊ Jo.an.in.c.gau-
demus.de diuor.vñ dicūtur habere in filios ius patrie poteſtatis que
eſt de iure romanorū vt no.glo.xxviij.q.j.iudeorū.xxvj.q.c.ius quiri-
tum.⁊ no.Bald.in.l.nam ⁊ ciuiū.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.fir-
mat etiam hoc do.Cardi.in cle.ij.in vlti.q.de iudeis.⁊ eſt magis cōis
6 concluſio quicquid dixerit Archi.in.d.c.qui ſyncera:licet † illi qui non
ſunt ſubiecti imperio romano non habeant filios in patria poteſtate
ſm gloſaʒ.no.in.§.j.inſti.de pat.pote.que exemplificat in francigenis
quod reputat ſingulare Bal.in.c.j.in tit.an maritus ſuccedat vxori
in beneficiū.et in.c.ij.ad ſi.de fratri.de no.beneſi.inue.ergo quēadmo-
dum quando ſunt in loco in quo ſeruant iura populi romani gaudent
et viuunt legibus populi romani eadem ratione quādo ſunt in alio po
pulo viuente alijs legibus debent ipſi hebrei viuere alijs legibus il-
lius populi vt.d.l.oēs populi.¶Tertio probatur quia ī decreto apo
ſtolico Pij ſecundi in ver.et ſucceſſiue per dictam vniuerſitat ē etiā di-
cta ſtatuta dicte vniuerſitatis ſcilicet terrarum Centi ⁊ plebis cōdita
facta atqʒ ſeruata in ſuo robore permaneant.et quod etiam ipſe vni-
uerſitates quoties eis viſum fuerit illa congrue minuere augere mu-
tare et alia ſtatuta et ordinationes facere poſſint que oīa et ſingula in-
uiolabiliter obſeruari mādauit dictus Pontifex dummodo equa ra-
tionabilia et vtilia ſint vel fuerint mēſe epi.et eccleſie prefate dictaruʒ
vniuerſitatum officialium iuriſdictioni nō preiudicēt.⁊ per eundē cpm
confirmentur etiam iuncto alio capitulo in eodē decreto appoſito inci-

piente iudei etiam. In quo prouiſum eſt ꝙ iudei in terris guardijs et
diſtrictu prefatis ꝓ tꝑe morantes exēptionibꝰ ⁊ alijs ꝓmiſſis oībus ⁊
ſingulis in oībus ⁊ ꝑ oīa prout terrigene incole ⁊ habitatores prefati
vtuntur ⁊ gaudent ſtatuto pariter gaudere poſſint ⁊ gaudeant in futu
rum ⁊c. Cum ergo de ſtatutis ⁊ eoꝝ obſeruantia ſuperius facta eſſet
mētio ⁊ preſupponit̄ ꝙ regulariter quo ad hoīes dictarū terrarū pe
na adulterij non eſt niſi centū librarū Boñ. ergo ita eſſe dꝫ in hebreis
7 qui in premiſſis oībus † de quibꝰ fit mētio in dicto decreto debēt in oī
bus ⁊ per omnia haberi: quia importāt ꝙ nulla dꝫ eſſe penitus diffe
rētia quo ad predicta inter dictos iudeos ⁊ dictos terrigenas ⁊ hoīes
dictarū terrarū. l. ij. § furioſus. ff. de iure codi. ſm Ang. ibi q reputat il
lū tex. eſſe ſingulariter no. pro his qui ſunt aſſumpti in ciues Boñ. in
oībus ⁊ per oīa qꝛ illa verba importabūt: vt actiue ⁊ paſſiue habeant
oīa que habēt veri ciues. ⁊ idē in effectu vult Bart. in. l. oēs populi. de
iuſti. ⁊ iu. in. xvij. colū. in ver. ſed pone ſtatuto cauet̄ ꝙ nullus ⁊c. quem
etiā ſequitur Pet. de ancha. in repe. c. canonuꝫ ſtatuta. de cōſti. in ver.
ſecundo pone ſtatuto cauet̄. ⁊ ſic vr̄ per dictum decretum iuncto dicto
8 ſtatuto ꝙ ſit deciſus iſte caſus. ⁊ facit † ad hoc quod not. Bal. i. l. iij. §.
hec verba. ff. de neg. geſt. vbi per illud qḋ ibi habet̄ dixit ꝙ ſi ſtatutuꝫ
diſponit ꝙ ſi quis offenderit ciuem puniat̄ tali modo dꝫ intelligi de
vero ⁊ naturali ciue nō aūt de eo qui ad ciuilitatē eſt receptus per pri
uilegiū ſicut ſm eū ſunt iudei in ciuitate peruſij niſi in eorum priuile
gio exprimeretur ꝙ oīa ſtatuta loquētia de ciuibus vendicarēt ſibi lo
cū i perſonis iudeoꝝ. ar. l. j. §. lex falcidia. ff. ad. l. falcidiā. Quarto
9 † ꝑ hoc facit tex. in. l. ſpadonē. §. iam autē. ff. de excu. tut. ⁊ qḋ ibi per il
lū tex. inquit Bal. dicens ꝙ immunitas cōceſſa incolis certi loci extē
dit ſe ad iudeos. ⁊ ita dicit ſe habuiſſe de facto. Accedit qḋ no. an
ge. in. l. vtimur. ff. de ſepul. viola. ⁊ vide Barto. in. l. j. ff. ad. l. iul. maic.
vbi dixit ꝙ ſi alicui data eſt ſecuritas pro ſe ⁊ ſocijs ꝙ in ea includetur
10 etiā hebreus ſocius: qꝛ † licitū eſt nobis cum iudeis ſocietatem habere
atꝙ cōmerciū: vt ptꝫ in. l. quicunꝙ. C. de iudeis. ſm euꝫ ⁊ melius pro
bat̄. lꝫ ipſe non alleget in. c. poſtulaſti. ⁊ in. c. ⁊ ſi iudeos. de iudeis. licet
11 Bar. hoc indeciſum reliquerit in. d. l. j. ff. ad. l. iul. ma. Et tāto † ma
gis dicendū eſt prefatū hebreū nō eſſe maiori pena affligendū in caſu
noſtro in quo vt verbo fert̄ mulier iſta quamuis cōiugata ſit meretri
cio more viuit: quo caſu ſm Bar. in. l. que adulteriū. C. de adul. nō dꝛ
cū ea committi punibile crimen adulterij. ⁊ vt etiā tꝫ Ang. ibi quo ad
eū qui habet coitum cū ea per. l. verum. ff. de fur. ⁊ per. d. l. que adulte
rium. licet dicat eſſe punibile quo ad ipſam mulierem. et ita loquatur
glo. in. d. l. que adulteriū. probatur etiā in. l. ſi vxor. circa prin. ⁊ ibi no.
Bar. ff. ad. l. iul. de adul. ⁊ ita etiā no. Ange. in. l. ſi ita ea. C. de adulte.
vbi dicit ar. etiam ita ſeruat cōſuetudo ſcꝫ quod iñ accedente ad mere
tricem nuptam nō dicatur eſſe adulteriū quo ad accedenteꝫ ad ipſaꝫ:
licet ſecus ſit quo ad ipſam mulierem. hoc etiā tenuit Sali. in. d. l. ſi ea
referēs Dy. ita cōſuluiſſe ⁊ probatur ſm eum in. d. l. que adulterium.
12 in ſi. ⁊ ſtatutū predictū etiam hoc dicit: quia † excipit mulieres publi
ce ſe proſtituentes ⁊ dicit̄ publice ſe proſtituere etiam meretrix etiam
ſi non reſideat in lupanari ſed in quacunꝙ domo ſtet pudori ſuo non
parcens ⁊ vnumquēꝙ petentem cauſa queſtus admittens: vt. l. palaꝫ
in principio. ⁊ ibi no. ff. de ritu nup. ⁊ text. in. c. meretrices. xxxij. q. iiij.
appellat illas meretrices quaruꝫ turpitudo publice venalis eſt ⁊ tex.
in. c. vidua. xxxiiij. diſtin. dicit ꝙ illa eſt meretrix que multoꝝ libidini
paret. ⁊ lꝫ non debeant iudei ſe immiſceri cum mulieribus chriſtia
noꝝ. c. nonnullis. de iudeis. tñ non pōt dici ꝙ puniri debeant tales
iudei: intantum inquantum punirentur ſi cum muliere nupta et non
meretrice ſe immiſcuiſſent per ea que habentur in. d. l. que adulteriuꝫ.
13 Non obſtant ea que † fuerūt ſupra in cōtrariū allegata. vcꝫ id quod
habetur in. l. ne quis. ⁊ in. l. quamuis. preallega. quia rñdeo ꝙ poſito
quod eſſet verū qḋ pena in adulterio in maſculo eēt pena vltimi ſup
plicij. In quo tamen multi contradicunt: vt per glo. ⁊ doc. in. l. ſi quis
viduaꝫ. ff. de queſtio. ⁊ in. l. claudius. ff. de his quibus vt indig. ⁊ in. d.
l. quamuis. tamen quo ad caſum noſtrū dicenduꝫ non eſt propter ſta
14 tutum ⁊ decretum apoſtolicū: vt. ſ. probaui. Nec obſtat † quod ſtatu
tū nō debeat intelligi d hebreis: qꝛ nihil ad nos de his q̄ foris ſunt ⁊c.
Et quia in generali diſpoſitione non debent comprehendi perſone
odioſe quoniam reſpondeo primo quia verba decreti predicti tollunt
hoc dictum. Secundo reſpondeo quod illud qḋ dicitur in. d. c. gaude
mus. cum ſimi. ꝙ nihil ad nos de his que foris ſunt intelligitur quo
ad ſpirituales penas: quia quo ad alias eccleſia non iudicat cum non
ſint de eccleſia non poſſunt eos examinare: ſed quo ad illas penas ſic
c. poſt miſerabilem. de vſuris. c. poſtulaſti. de iudeis. Itē nihil ad nos
de his que foris ſunt: qꝛ non poſſunt preciſe ad fidem compelli: ſed vo
luntarie ſunt inducendi. xv. diſtin. c. de iudeis. ⁊. d. c. qui ſyncera. et ita
Hoſtien. in. d. c. quod ſuper his. de voto. ⁊ Hoſtien. in ſumma in titu.
de iude. §. ſed in quibus grauetur. ver. ⁊ ſic licet. Vel poſito ꝙ non
ſint ſubiecti eccleſie ſcilicet vbi eccleſia non habet temporalem iuriſdi
ctionem. ⁊ ita procedat illa autoritas nihil ad nos ⁊c. tamen bene ſunt
ſubiecti principibus habentibus iuriſdictionem temporaleꝫ: quia ta
les iudeos punire poſſunt: vt. d. c. in nonnullis. ⁊. d. c. poſtulaſti. et in
clemen. j. eo. ti. Et not. Joā. and. in. c. contra chriſtianos. de here. in. vi.

15 ⁊ in. d. c. gaudemus. ⁊ late † ponit Jo. cal. in. cōſi. ij. ſub titulo de iudeis
vbi examinat an pro delicto blaſphemie ꝯmiſſo ꝑ iudeū ſpectet ad iu
dicem eccleſiſticū: an ſoluꝫ ad ſecularem inquirere. in cle. j. de iudeis. ⁊
Pet. de ancha. in cōſilio. xiiij. icip. videt̄ prima facie ⁊ magis cōmu
niter cōcludunt ꝙ ſpectet ad iudiceꝫ ſecularem non ad eccleſiaſticum
niſi quando ſecularis eſſet negligens: vt. d. c. in nonnullis. cum ſimi.
que diſputatio tamen hic non eſt neceſſaria: ideo eam obmitto. Nec
16 † obſtat ꝙ iudei ſunt perſone odioſe ⁊ qḋ conſequenter generalis di
ſpoſitio fauorabilis non debeat ad eos extendi: quia rñdeo primo ꝙ
decretū predictū tollit obſtaculuꝫ non eſſe verū ꝙ dicantur eſſe perſo
ne odioſe: vt ptꝫ in. d. l. ſpadonem. §. iam autē. ⁊ ꝙ ibi no. Bal. vbi per
illum tex. dicit qḋ in humanis actibus iudei nobiſcum participant.
17 † Et qḋ iudeus poteſt eſſe ꝓcurator chriſtiani ⁊ interuenire pro eo in
18 iudicio: hoc etiam ptꝫ † qꝛ vt late concludit Oldr. in ſuo conſi. cclxiiij.
incip. illa vr̄ ⁊c. vbi concludit qḋ princeps abſqꝫ legitima cauſa paci
ficos iudeos paganos vel ſimiles infideles expellere non pōt de ter
ris ſuis: qꝛ imo tenetur diligere eos inquātum ſunt ſue nature parti
cipes. vt habetur de peni. diſt. ij. charitas. i ver. nōnulli. ⁊ ver. ſeq. ⁊ ex
pellere eos ſine cauſa eſt cōtra precepta charitatis. adeo ꝙ ex iſta cha
ritate tenetur tempore neceſſitatis eis ſubuenire ⁊ eleemoſynas facere
xlij. diſt. quieſcamus. xvj. q. j. ſi. cupis. lxxxvj. diſtin. nō ſatis. ⁊ qꝛ ſcri
ptum eſt celū celi dño: terrā aūt dedit filijs hominū. ⁊ idē voluit Old.
lꝫ nō ita plene in conſi. lxxxvij. qḋ incipit q̄ not. an princeps. Et Joā.
an. in addi. Specu. in rub. de iudeis Bene facit tex. in. l. chriſtianus.
⁊ qḋ ibi no. tradit Bart. de ſacrificijs paganis ⁊ templis. Ex quibus
concludo dictum hebreum non eſſe puniendum aliqua pena vltra pe
nam dicti ſtatuti. Alexan. tarta.

Summarium ſuper conſilio. c.

1 Paria ſunt dicere titius comitatiuus ⁊ titius de comitatu.
2 Quando qualitas eſt adiecta circa vnum intelligitur repetita in alio
poſito in eadem oratione.
3 Pro libellante ſit latiſſima interpretatio.
4 Ubi poſt duas perſonas denominatas adijcitur aliqua qualitas illa
intelligitur referri ad vtranꝙ perſonam denominatam.
5 Si pater eſt comitatenſis filius etiam quo ad hoc iudicatur comita
tenſis.
6 Famulus capitanei an ſit idoneꝰ teſtis ꝓ offenſa facta capitaneo. 7. 8.

Conſilium. c.

An ſi formata eſt inquiſitio cōtra patrem ⁊ filium ⁊ contra patreꝫ
inquiritur vt contra comitatenſem an intelligatur etiam inquiſitum
contra filium vt comitatenſem. Et an famulus ſit idoneus teſtis pro
domino ſi tempore quo teſtificatur non eſt famulus. Et an ſtatutuꝫ lo
quens de vulnerato habeat locum in vulnerante cum modica ſangui
nis effuſione.

Viſa inquiſitione formata
contra mazonum Antonium ⁊ ceteros inquiſitos de
offenſa lata contra Karolum de bergolinis ⁊ ſtatutis
in materia loquentibus ⁊ viſis ſubtiliſſimis dubita
tionibus curie inquirentis. Mihi videtur ꝙ illis non
obſtantibus procedat inquiſitio ⁊ dicti inquiſiti non ſint audiendi
niſi ad defenſaꝫ perſonaliter cōpareāt. Quia pmo nō obſtat nō eſ
ſe intentatam illam qualitatem: vcꝫ filios dicti mazoni eſſe comitati
1 uos. Ad qḋ † oſtendendū ꝓſuppono ꝙ paria ſunt dicere titius co
mitatiuus ⁊ titius de comitatu. l. ſed ⁊ reprobari. §. amplius. cuꝫ gloſ.
in verbo cumaneus. ff. de excuſ. tut. c. j. de ſpon. c. ſignificāte. de reſcrip.
lxxxvj. diſt. c. florentinum. cum glo. ⁊ no. Barto. in. l. j. in vlt. colū. ff. ad
municip. ⁊ in. l. ij. ⁊ in. l. prouinciales. ff. de verbo. ſigni. ⁊ in rubri. ff. ſo
lu. matri. ⁊ in tractatu repreſa. in. vij. q. principali ⁊ not. etiam Bart.
in. l. ſi poſſeſſor. §. ait ſenatus. ff. de peti. here. allegat tex. in. d. l. j. ff. ad
municip. ⁊ no. Bald. in aut. ⁊ omnino. C. ne vxor pro mari. in verſicu.
ſed hic dubitatur de alio ⁊c. Et in. l. ſiue poſſidetis. C. de proba. ⁊ in. d.
l. ſed ⁊ reprobari. in principio. ⁊ in. l. j. ff. de tuto. ⁊ cura. da. ab his. ⁊
Ang. in. l. ciues. C. de appel. ⁊ Anto. de but. in princi. decretalium. ſed
in dicta inquiſitione dicti filij mazoni intelliguntur denominati vt ho
mines de terra cedrichie comitatus bononie vt ſtatim oſtendam: er
go ſunt denominati vt de comitatu ſeu vt comitatenſes. Quod autem
2 † intelligantur ita denominati oſtendo: nam quādo qualitas eſt adie
cta circa vnum intelligitur repetita in alio poſito in eadem oratione
cum copula: ⁊ ſiue tractetur de augumento ſiue diminutione ⁊ ſeu de
fauore vel non. l. ſeie. §. caio. cum ibi no. magiſtraliter per Bart. ff. de
fundo inſtruc. lega. no. Bal. in. l. ſi ita ſtipulatꝰ. §. chryſogonus. ff. de
verbo. oblig. ⁊ in. l. iiij. §. eritꝙ differentia. ff. vi bo. rap. Sed in dicta
inquiſitione denominatus eſt Mazonus de terra cedrichie comitatus
bononie ⁊ in eadem oratione ſunt denominati dicti mazoni ſimplici
ter. ergo intelligitur in pſona eoꝝ repetita illa qualitas. ſ. de terra ce
drichie comitatus bononie. ⁊ licet non ſit ibi expreſſa copula tamen ſo
3 luta † in dubio habet vim copule. l. triplici ⁊. l. ſepe. ⁊ ibi Bart. ff. de
verbo. ſigniſi. Et maxime cum ſumus in libello in quo latiſſima ſit
interpretatio ꝓ libellante. l. ſi quis intentione. ff. de iudi. c. examina
ta. cum ſi



ta. cū ibi no. de iudi. Probatur ⁊ alia ratione quia poſt denomina
tionē filioꝝ dicti Mazoni incontinenti denominat̄ in eadē oratione
meluzinus cum illa qualitate comitatus ⁊ de dicta terra cedrichie ſed
4 ita eſt † ꝙ vbi poſt duas pſonas denominatas adijcit̄ aliqua qualitas
illa intelligit̄ referri pariter ad vtrāꝙ perſonam denominataꝫ. l. mu
lieri ⁊ titio. ff. de condi. ⁊ demon. ⁊ ibi no. Dy. ⁊ Bar. ergo ⁊c. Alia
5 ratione † probatur. nā ſi pater eſt comitatēſis filius etiā quo ad hoc iu
dicabitur comitatenſis. Ita in terminis decidit Bar. in. l. ſi. §. pen. in
pe. colū. ibi dū dixit fallit in caſibus ibi nota. No. quis eſt ille caſus de
comitatenſe ⁊c. faciunt no. in. l. aſſumptio. in prin. eo. titu. ⁊ in. c. fin. de
ſeruis non ordi. ergo eoipſo qḋ inquiritur cōtra patrē ⁊ comitatenſem
intelligitur etiā qḋ inquiſitio eadem formata cōtra filios, intelligatur
formata ⁊ cōtra comitatenſes. Et per hec videtur ſatiſfactū prime du
bitationi. Secunda eſt dubitatio an poſito ꝙ illa qualitas ſit intē
tata teſtis ille examinatus pro offenſa facta capitaneo ſit idoneus te
6 ſtis attento qḋ † erat capitanei famulus. ad hoc rñdeo qḋ eſt idoneus
teſtis ad hoc quia tēpore quo depoſuit ⁊ teſtificatus fuit nō erat famu
lus capitanei: quia debet attendi tp̄s quo teſtificat̄ ſeu iurat. l. nomen.
§. inſtrumentoꝝ. ff. de ver. ſig. ⁊. l. iij. §. lex iulia. cū ibi no. ff. de teſti. vñ
Bal. in. l. j. C. de epi. ⁊ cle. ſequens Jo. an. in. c. j. de ver. ſig. li. vj. ī nouel
la. dicit ꝙ ſi quis eo quia famulus erat alicuius ⁊ aliquo mō ꝓhibitꝰ
ceſſabat prohibitio eoipſo qḋ accepit licentiā vel ſibi vltimo datam a
dño vel a ſe petitaꝫ. hoc idē vult Bald. ⁊ Sali. in. l. etiā. C. de teſti. hoc
7 idē † tꝫ ibi Ang. ⁊ Cy. niſi appareret ꝙ in fraudē fuiſſet licentiatus fa
mulus ꝙ quidē apparere diceret̄ ſi incōtinēti ⁊ non ex interuallo poſt
licentiam redijt famulus cū eodē dño. ar. l. ſi ventre. §. ſi. ff. de priuile.
credi. ⁊. c. officij. de elec. ſm eos. Pro hac cōcluſiōe etiā eſt tex. ⁊ ibi
hoc expreſſe firmat Bar. in. l. j. §. itē minimo iuliano. ff. de queſtio. et
Spec. ⁊ cla. Jo. an. in titu. de teſte. §. j. ver. quid ſi olim fuit eius clericꝰ
⁊c. Idē tꝫ Jo. de imo. in. c. inſinuante. in penul. colū. de offi. dele. ⁊ dñs
Abbas Moder. in. c. in literis. de reſti. ⁊ ſic apparet hanc eſſe cōmunē
opi. nec inueni do. Jo. de imo. in. d. c. in literis. cōtrariū tenere. Quin
imo dicit Jo. an. ſup dicto ver. quid ſi olim fuit eiꝰ clericꝰ etiā ſi ad hue
eſſet familiaris deberet eius dictū ⁊ teſtimoniū recipi quādo aliter res
probari nō poſſet: vt quia agitur de eo qḋ factū ſit in domo eius. l. cō
ſenſu. C. de repud. c. veniens. el. ij. in ſi. de teſti. ⁊ iſte eſt caſus noſter: vt
ex narratis in inquiſitione apparet. ⁊ per hec ſatiſfactū videt̄ ſecunde
8 dubitationi. † Nec obſtat etiā id qḋ in. ij. ſeu vltima dubitatione de
ducit̄. ſ. ꝙ per plures teſtes eſt probatū ꝙ filius dicti mazoni non ꝑ
cuſſit nec vulnerauit capitaneū: quia ad hoc rñdeo ꝙ poſito quod ita
eſſet: tñ talis probatio non releuat: quia infringitur autoritate proui
ſionis incipiente quoniā actio alioꝝ ⁊ enorme eſt crimē homicidij ⁊c.
per quā prouiſionē crimen homicidij etiā qñ proceditur cōtra aliquē
comitatiuum vulnerātē aliquem ciuem non poſſit recipi defenſio vel
probatio aliqua etiā ex officio ad fauorē inquiſiti niſi inquiſitus pſo
naliter comparuerit ⁊ ſteterit detentus alꝰs omnia ſint nulla ⁊ nō po
teſt ad hoc reſponderi: ꝙ ſit in caſu noſtro formata inquiſitio de per
c.cũ ad ſedẽ.de reſti.ſpo.¶Nec eſt attendẽdũ an prefatus dñs Marchio ſpãliter ſtatuerit an ignorauerit ſe in dictis fundis alias terras habere q2 ſatis eſt ꝙ in genere de eis cogitauit.ſ.ꝙ eſſe poterat ꝙ ibi alias terras hr̃et vt clare ptz ex dictis verbis inſtri ⁊ talis in gñe cogitatio operaf idem ac ſi diſponens ſpecificã habuiſſet ſciẽtiã.l.qui iure militari.ff.de teſta.mili.ſub ꝑtextu ſpecierũ.⁊ ibi no.Cy.Barto.⁊ alij.
3 C.de trãſac.¶Nec†puto reſcindi poſſe dictã vẽditionẽ pretextu modicitatis pcij etiã ſi ꝓpter cõprehenſionẽ dictarũ terrarũ nõ ſpecificatarũ appareret venditorẽ eſſe enormiter dãnificatũ ⁊ hoc propter vim alterius clauſule in dicto inſtrumento appoſite dum in eo dr et ſi dicte res vendite nunc plus valeant vel in futurum plus valuerint in magna vel modica quãtitate totũ illud plus quãtũcũqz fuerit dictus dñs Marchio venditor titulo pure ſimplicis ⁊ irreuocabilis donationis inter viuos dedit ⁊ donauit ⁊ pactum de non petẽdo fecit ⁊c.vt declarat notabiliter Bar.⁊ alij poſt eũ in.l.ſi quis cũ aliter.ad fi.ff.de ver.ob.⁊ doc.in.l.ij.C.de reſcin.vendi.⁊ maxime Bald.ibi in.vij.q.et doc.in.c.pe.de emp.⁊ vẽ.cũ ſuis cõcordantijs de quibus in locis pallegatis.¶Nec ſuperi⁹ dictis obſtãt ea que habenf in.l.locus.ff.de acqui.poſ.⁊ in.l.emptor fundi.ff.pro emp.vbi ſi trado tibi quicquid iuris in tali fundo habeo ⁊ dicti iuris ignorantia habeatur nihil cenſef eſſe traditũ adeo ꝙ poſſeſſio nec preſcriptio vigore dicti tituli locũ ha
4 beat:q2†rñdeo quod ibi hoc ideo eſt quia erat ibi incertitudo rõne loci ⁊ quote que incertitudo impedit poſſideri.l.cui.§.incertũ.ff.de acq.poſ.l.ſi fur.§.fi.ff.de vſucap.⁊ per conſequens impedit vſucapionem que ſine poſſeſſione nõ procedit vt in dictis iuribus ⁊.l.ſine poſſeſſione.ff.de vſucap.ſed facta declaratione ⁊ cerrioratione de iure dicti cõcedentis tunc ceſſat incertitudo ⁊ ſic ceſſat impedimentum poſſidendi merito poterit res retineri ac poſſideri ⁊ dominium vigore dicti tituli non impedictur quo ad dictum dominũ Nanũ ſeu ad heredes ⁊ iſtud eſt qd voluit Specu.⁊ doct.in locis ſupra allegatis per iura ſuperius allegata.Alex.Tartagnus.

¶Summarium ſuper conſilio.cvj.

1 Quando de iure communi inſtrumenta non habeant executionẽ paratam.
2 Menſura eſt loco demonſtrationis.

¶Conſilium.cvj.

¶Si in aliqua diſpoſitione ſit mentio de vna petia terre tot tornaturarum infra tales cõfines ⁊ reperiatur eſſe plus an illud plus veniat.

Domini redemptoris noſtri inuocato ſuffragio. Viſo proceſſu agitato ſuper cã ⁊ lite vertẽte inter Andreã budeniũ de bagnacauallo ex pte vna ⁊ Rayneriũ guarinũ ex altera attẽta intricatione ⁊ inuolutiõe ꝓceſſus agitati ſup ꝑcepto facto Raynerio ꝓ executiõe ſñie late p dñm capitaneũ bagnacaualli.Suadeo ⁊ conſulo dicto Andree vt ꝑtermittat viã dicti iudicij executionis ⁊ precepti hactenus facti quia tutior eſt via petẽdi executionẽ laudi inter dictas partes p egregios legum doctores dños Thadeum de borono ⁊ dñm Antonium de rondanellis arbitratores.Exiſtimo enim per ſtatutũ hoc eſſe prouiſum qd laudũ arbitratoris mereaf executionem prout magis cõmuniter prouident
1 ſtatuta per Italiã licet†de iure cõmuni non habeat executionem:ſed tũc agi debeat ex ſtipulatiõe adiecta in cõpromiſſo:vt declarat Bar.in.l.ſi ſocietatẽ.§.arbitrorũ.ff.p ſoc.in.iij.colũ.⁊ canoniſte in.c.quintauallis.de iureiur.⁊ Sali.in.l.cũ antea.C.de arbi.Laudũ autẽ predictum eſt clarũ ⁊ liquidũ per ſe cum per illud ſit condemnatus Raynerius ad dimittẽdũ ⁊ relaxandũ libere ⁊ expedite petiam terre partim pratiue ⁊ partim ſyluoſe tornaturarũ quatuor vel circa poſitã in territorio bagnacauallo in fundis brozarde iuxta ipſum Raynerium verſus meridiẽ pro iuribus ac recomputi tabularij:⁊ pro iuribus baldaſaris Fede.⁊ a parte occidentali iuxta viam brozarde ⁊ a parte ſeptẽtrionali iuxta ipſum Andreã ⁊ ad permittẽdũ dictũ Andreã pacifice poſſidere.Solum ſupereſſe videf vna difficultas ſi p parte Raynerij allegaretur qd non vult reſtituere vel relaxare dicto Andree intra dictos confines niſi quatuor tornaturas:an debeat audiri an vero teneatur relaxare totum illud qd eſt intra dictos confines etiaz ſi plurimũ excederetur numerus quatuor tornaturarũ ⁊ in hoc dico veram ⁊ cõem eſſe concluſionem ꝙ totũ id qd eſt intra dictos confines veniat non attento numero predicto tornaturarũ:quia refert aut diſponens ſeu loquens incipit exprimere conceptuz ſue mentis a nominibus deſignantibus numerum vel menſuram ⁊ tunc non venit plus in cõceſſione vel actu quam ſignificetur per precedentẽ numerũ vel menſuraz vt ſi dico concedo tibi quatuor tornaturas terre in tali loco:an vero incipiat a nominibus deſignantibus certã ſpeciem ſiue corpus determinatũ licet poſtea fiat adiectio menſure:vt concedo tibi talem fundũ vel talem petiam terre quatuor tornaturarũ iuxta tales confines ꝓut in caſu noſtro:quia tunc etiam ſi non ſint adiecta illa verba vel circa quoniam iſto caſu attenduntur ſolũ confines ⁊ non numerus tornaturarum ſiue in rei veritate ſit maior vel minor.⁊ talis adiectio menſure
2 †eſt loco demonſtrationis que ſi falſa ſit non vitiat nec minuit corpus fundi cui adijcitur ⁊ ita determinat Oldra.in conſi.cxcvij.incip.in conceſſione cuiuſdam.⁊ Ioã.and.in addi.Specu.in titu.de emp.et vendi.§.ſciendum.in fi.per.l.ſi venditor.in prin.ff.de actio.emp.⁊ per no.in.l.pe.§.fi.eo.ti.⁊.l.ſi ſeruus legatus.§.qui quinq.⁊.l.ſi fundum ſub conditione.§.ſi libertus.in fi.ff.de leg.j.⁊.l.bis verbis.§.pater.ff.de leg.iij.⁊.l.demõſtratio falſa.ff.de cõdi.⁊ demõ.iuncta.l.ſi qs teſto in prin.ff.de leg.j.⁊ idem voluit Bal.in rubri.C.de cõtrahen.emp.in xxij.q.⁊ Sali.in.l.ij.eo.ti.⁊ Pe.de anch.in.c.p tuas.de dona.⁊ Pau.de ca.in.l.ſi ſeruũ.§.ſi modus.ff.de act.emp.⁊ tanto magis hoc ꝓcedit in caſu noſtro:quia ſi non attenderentur oẽs confines expreſſi in laudo:ſed ſolũ numerus tornaturarũ verbo fertur qd non includeretur aliqua pars terre pratiue:ſed ſola pars nemoroſa ſeu ſyluoſa cuius cõtrariũ eſſe dz vt oſtẽdunt verba laudi dum in eo dr partim pratiue:bñ facit glo.no.in.l.ſi quis in fundi vocabulo.in glo.ij.ff.de leg.j.⁊ ſic tenef oĩno Raynerius dimittere ⁊ relaxare dictam petiam terre vſqz ad iura que acquiſiuit dictus Raynerius a Baldaſare fabro:vt in laudo continetur poſito etiã qd non teneretur relaxare vſqz ad iura Thomaſij gratiani loco cuius ſucceſſit Bartholomeus ruſticus de quo cõfine fiebat mẽtio in ſñia prius lata per dictũ dñm capitaneum quod vltimũ ad pſens non aliter diſcutio:quia intentio Andree eſt cõſequi prout in laudo continetur.Laus deo.

¶Summarium ſuper conſilio.cvij.

1 Quãdo aliquis dicit concedo tibi quatuor iugera terre quando veniat plus numero iugerum.2.3.
4 In donationibus principum fit latiſſima interpretatio in fauorem donatarij.

¶Conſilium.cvij.

¶An ſi donatur certa petia terre.⁊ iugerũ iuxta tales confines ſi reperiatur eſſe plurium iugerum cedat illud plus in donatione.

Domini redẽptoris noſtri inuocato ſuffragio. Quamuis circa primum dubium prima conſideratione fortaſſe dicendũ videref nõ cõ
1 prehendi in donatione predicta † niſi numerum iugerũ in donatione comprehenſorũ per.l.ſi venditor hominis.in prin.⁊.l.pe.§.fin.ff.de act.emp.⁊.l.cõprehenſum.⁊.l.rutilia polla.ff.de contrahe.emp.⁊.l.ſi quis teſtamento.in prin.ff.de leg.j.tñ veritas ⁊ cõis cõcluſio doctorũ eſt in contrariũ.ſ.quod totum id quod clauditur intra dictos cõfines veniat in donatione numero iugerũ nõ attento:quia refert an diſponens ſeu loquens incipiat exprimere cõceptum ſue mentis a nominibus deſignantibus numerũ vel menſuram ⁊ tunc nõ venit plus in cõceſſione quã ſignificef per precedentẽ numerum vel menſurã:vt ſi dico concedo tibi quatuor iugera terre in tali loco.⁊ ita loquunf iura proxime allegata an vero icipiat a nominibus deſignantibus certam ſpẽm ſiue corpus determinatum quo caſu licet adijciatur numerus alicuius menſure vt concedo tibi talem fundũ ſeu petiam terre quatuor iugerũ iuxta tales confines prout fuit in donatiõe facta a pfato illuſtriſſimo duce britãnie dicto magiſtro Oliuerio debent attendi ſolũ confines non numerus iugerum ſiue in rei veritate numerus iugerũ reperiaf maior quam in donatione fuerit expreſ
2 ſum ſiue reperiaf minor:quia talis†adiectio numeri menſure eſt loco demonſtrationis que ſi falſa ſit nõ vitiat nec minuit corpus fundi cui adijcit.l.ſi fundũ ſub cõditione.§.ſi libertus.⁊.l.ſi ſeruus legatus.§.qui quinq.ff.de leg.j.⁊.l.bis vbis.§.pater.ff.de leg.iij.⁊.l.demõſtratio falſa.ff.de cõdi.⁊ demõ.iũctis ibi no.p Bar.in prin.in ver.quarto.quero quid in cõtractibus ⁊c.in precedenti queſtione.deſignatio enim confiniũ rẽ deſignat ⁊ quicquid eſt intus icludit.l.de ſacra.§.j.ff.de cõtrahen.emp.⁊.l.ſi fines.C.de euic.⁊ ita diſtinguit Oldradus cõſulẽdo in ſuo cõſi.cxcvij.incipiẽte in conceſſione cuiuſdam.⁊ Ioan.an.in addi.Spec.in tit.de emp.⁊ vẽdi.§.ſciẽdũ.in fi.vbi refert qd ita etiam tenebat dñs ſuus:ita etiaz cõcludit Bal.in rub.C.de cotrahẽ.emp.in.xxij.q.⁊ Sali.in.l.ij.eo.ti.⁊ Petrus de ancha.i.c.p tuas.de dona.⁊ Pau.de ca.in.l.ſi ſeruũ.§.ſi modus.ff.de actio.emp.⁊ hoc tãto magis ꝓce
3 dere dz†in donationibus pricipũ in qbus latiſſima fit interpretatio in fauorẽ donatarij.l.fi.ff.de cõſti.princ.l.ſi qñ.C.de bo.vacan.lib.x.c.cum dilecti.de dona.⁊ ita in propoſito noſtro in donatione qz Ioã.de imo.in.d.c.per tuas.⁊ idẽ in ſimili conſuluit Ludo.romanus conſi.v.in ordine meo incipit in chriſti noĩe viſo pũcto dubij ſeu reſultantibus dicendũ vr inſpectis verbis ⁊c.⁊ hoc patet nõ oportere inſiſtere circa ſecũdum queſitũ principis dũ querif an ad hoc patrocinẽtur litere gñalis procuratoris principis quonia ⁊ ſi dicte litere magis ad fauorem dicti donatarij quã ad eius pindiciũ tendere videantur tñ fundamentum facio principaliter in ipſis verbis donationis principis.
4 ¶Circa†tertium dubiũ quod querif dato qd vna illarũ penarum habeat tantum tres cõfines dicatur ſatis certa.reſpondeo breuiter quod ſi per.l.forma.in prin.ff.de cẽſi.l.hac cõſultiſſima.in princi.cũ ibi nota.C.qui teſta.face.poſſunt.l.j.in fin.ff.de dote pleg plene no.Bart.in d.l.demõſtratio falſa.in prin.in.vij.q.⁊ in.l.libellorum in pri.ff.de accuſa.cum ſimi.⁊ ſtatibus pdictis non expedit quartum et vltimũ queſitum attingere.





¶Summarium ſuper conſilio.cviij.

1 Vbi non aliter apparet de iure vẽdẽtis titul⁹ nihil iuris tribuit.
2 Precarium appoſitum in inſtrumento nihil operatur niſi probetur quod venditor tempore venditionis poſſideret.
3 Verbum alienaſſe importat quod omne dominium quod habet ſit tranſlatum.
4 Dictio maxime appoſita in relatione.
5 Reſcriptum debet interpretari vt non ledat ius partis.
6 Quando fuit commiſſum qd iudex ſecundum relata per talem procederet ad expeditionem.
7 Si procurator vſus eſt inſtrumento falſo an dominus debeat cadere a cauſa.8.9.12.
10 Appellatio reſcindit pronuntiatum.
11 In caſibus in quibus mora poteſt purgari vſqz ad ſñiam ita purgari poterit in cauſa appellationis.

¶Conſilium.cviij.

¶An venditio facta per hec verba vendo tibi ius quod habeo in tali re tribuat titulum alicuius effectus ⁊ quid ſi non apparet de poſſeſſione venditoris nec emptoris tamẽ in inſtrumento erat precariũ.et ſi ſtatutũ dicat ꝙ ſi quis alieno nomine produxerit inſtrumentũ falſum dñs cadat a cauſa an habeat locũ ſi procurator non habebat ſpeciale mandatũ.⁊ an dominus deſiſtendo a dicta productione in cauſa appellationis euitet penam.

Redemptoris noſtri inuocato ſuffragio. Viſo proceſſu cauſe principalis verſe inter nobilẽ virũ comitem Nicolaũ de ceſijs ex parte vna agentẽ ⁊ Paulum de valerianis ex alia ſe defendẽtẽ:viſo inſuper ꝓceſſu cauſe appellatiõis interpoſite p dictũ Paulũ ex parte vna appellãtẽ ⁊ dictũ comitẽ appellatũ ex alia omiſſis nõ neceſſarijs ⁊ adherẽs fundamẽtis que principaliora ⁊ tutiora eſſe putabo.Dico mihi videri ex actis mihi trãſmiſſis ptes dñi iudicis eſſe in ꝓnuntiando bene appellatũ p omnia ⁊ pronuntiari debere abſolutorie in fauorẽ dicti Pauli contra dictũ comitẽ ad qd moueor primo quia ſumus in regula que hz ꝙ actore non probãte reus debet abſolui.l.qui accuſare.C.de edẽ.c.j.vt eccle.beneſi.Nam comes Nicolaus ad fundãdã intentionẽ ſuã produxit inſtrumentum celebratũ de anno.Mccclj.in quo apparet ꝙ Hẽricus quõdã dñi Nicolai de ceſijs cõfeſſus ẽ habuiſſe a magiſtro Geminiano phyſico fratre dicti Henrici libras quingentas pro quibus dedit vendidit ⁊ tradidit dicto magiſtro Geminiano recipienti ⁊ ementi iure proprio oẽ ſuũ ius qd eidẽ Hẽrico tũc ſpectabat ⁊ pertinebat in certis petijs terre ⁊ domibus ⁊ primo in vna petia terre ducentarũ bebulcarũ ⁊ quãtacũqz ſit poſita in villa de ceſijs penes viam nouã ab vno latere ducali minutarie:a ſcdo heredes quondã magiſtri Petri de ceſijs mediante canale:a tertio foueam ſecus viam publicam earum:a quarto Bartholomeum de ceſijs:a quinto Thomaſium de fabis:a ſexto illos de lerealoitis:a ſeptimo ⁊ ab octauo latere zanellũ de ferraria.Et
1 †certe hic titulus pluribus ex cauſis nõ ſuffragari in aliquo dicto comiti Nicolao q2 non dr in dicto inſtrõ ꝙ Henricus vendiderit magiſtro Geminiano dictã petiã terre ſz ius qd habebat ĩ ea p q̃ verba niſi aliter appareat de iure vendentis talis titulus nihil iuris tribuit etiã quo ad acquiſitionẽ poſſeſſiõis ⁊ cauſe pſcribẽdi ꝓpter incertitudinem ita in terminis decidit Dy.Bar.⁊ alij ſequẽtes ĩ.l.ſi ſic.§.j.in fi.ff.de leg.j.p.l.legaui.ff.de libe.lega.⁊.l.iij.§.incertũ.ff.de acq.poſ.⁊ pbaf in.l.qd ſi in vẽditione.cum.l.ſequenti.ff.de heredi.vel act.ven.⁊ ibi ad hoc põderat illũ tex.Bal.in lectu.anti.ita etiã decidit Oldr.in conſi.clxiij.incipiente viſo priuilegio inclyti regis Ludouici ⁊c.p.l.ſi fur.§.fi.ff.de vſuca.⁊.d.§.incertũ.Idẽ in effectu vult Spec.ĩ ti.de loc.§.nũc aliqua.ver.lxiij.in fi.p.d.l.ſi ſic.⁊ per.l.iij.⁊.l.fin.C.de fal.cã adie.leg.⁊.l.hãc legẽ.⁊ de cõtrahẽ.emp.Idẽ vult Ang.in.l.locus.p illũ tex.ff.de acqui.poſ.Sed de aliquo iure dicti Henrici vendẽtis non eſt doctum in proceſſu mihi tranſmiſſo:ergo nullius effectus eſt dictus pretenſus titulus.¶Scda ratione non releuat dicta emptio:quia nõ eſt ꝓbatũ in ꝓceſſu mihi exhibito ꝙ dictus magiſter Geminianus emptor fuerit de ꝓgenitoribus dicti comitis Nicolai vt verbis relationis celeberrimi iuriſcõſulti dñi Baptiſte adheream ſaltem taliter qd appareat iura hereditatis dicti magiſtri Geminiani legitime ſpectare ad dictũ comitẽ Nicolaũ:imo ſm ꝙ narraf in poſitionib⁹ dicti comitis Nicolai pfat⁹ magiſter Geminianus non fuit de progenitoribus dicti comitis Nicolai:ſz ſolum de trãſuerſalibus.¶Tertia rõne q2 nõ eſt probatũ qd magiſter Geminianus predictus vl' heres ſuus nec etiã ꝙ dictus Hẽricus vnqz dictã rem poſſederit:ergo ille titulus emptionis non tribuit dicto Nicolao etiã ſi eſſet heres magiſtri Geminiani cãm aliquã vendicãdi aliquo remedio.l.ſed ſi res.alias incipit eum qui.§.fi.cum.l.ſeq.ff.de pub.l.ſi ager.ff.de rei ven.l.ex ſtipula
2 tione.ff.de acq.poſ.⁊ qd no.Spe.in.d.ver.lviij.nec precariũ†appoſitum in inſtrumento pdicto aliquid operaf niſi probef ꝙ venditor tpe venditionis poſſideret.l.quãuis.§.j.cum gloſ.quã ad hoc ibi põderat Ang.ff.de acq.poſſeſ.⁊ no.Ang.in.l.ij.C.eod.ti.p ibi no.⁊ Ang.in.l.quedam mulier.ff.de rei vẽ.⁊ Bal.in.l.j.C.qñ lic.ab emp.diſce.⁊ Ant.de but.in.c.cuz veniſſent.de reſti.ſpol.⁊ in repe.c.ſi.in.xv.col.de cã poſ.ad hoc.l.traditio.ff.de acqui.re.do.cũ ſi.¶Quarta rõne excluditur dictus comes:quia ſuper in ſuis ſupplicationibus ⁊ fere in omnibus ſcripturis productis p iſtũ comitẽ allegauit ipſe ꝙ Paulus valentinus occupat bebulcas quinquaginta que ſunt ps vnius petie terre bebulcarũ ducẽtarũ ad ipſum comitez ꝓtinẽtis:ſed ita eſt ꝙ ipſe comes rñdendo poſitionibus confitef ſe alienaſſe dictas bebulcas ducentas
3 iã ſunt anni.xiii.vel circa ſed verbum † illud alienaſſe importat qd oẽ dñium qd hz ſit tranſlatũ in alium.l.alienatuz.ff.de ver.ſig.cum concor.de quibus ibi.ergo põt ⁊ potuit Paulus ei opponere ꝙ ipſe agere non põt tanqz omne ius ſit tranſlatũ in aliũ maxime cũ ſit probatũ p teſtes Pauli ⁊ etiã p inſtrumentũ reuocationis pcarij ipſum paulũ poſſediſſe ⁊ poſſidere.l.ſi.C.de rei ven.l.cum ſeruũ quiſpiã.cum ibi no.C.de ſer.fugi.l.in rem.in prin.ff.de rei ven.⁊ ꝙ plene not.p doc.in l.ij.ff.de excep.rei iudi.cum ſimi.⁊ fortaſſe de dicta alienatione eſt probatum p inſtrumentũ verũ:quia illud non inueni in actis tranſmiſſis:ideo in inſtrumento nõ feci fundamẽtũ.¶Quinta rõne etiã nõ poteſt obtinere dict⁹ comes:quia non eſt ꝓbatuz ſufficiẽter ꝙ iſta petia terre bebulcarũ quinquaginta ſit comprehenſa inter cõfines de qbus ſit mẽtio in dicto ĩſtrumẽto emptiõis dicti magiſtri Geminiani:imo Thomas prim⁹ teſtis ꝓductus p Paulũ deponit qd nõ cõprehẽdif intra dictos confines.alij võ teſtes Pauli vno excepto ſi bene oĩa eorũ dicta recenſeanf non probant ꝙ eſſet cõprehenſa intra dictos cõfines inſtrumenti.ſed potius ꝙ hoc ignorant.⁊ ſic ꝓductio inſtrĩ itãqz ambigua ⁊ non cõcludẽs quo ad caſum noſtrũ nõ releuat.c.in preſentia.de ꝓba.l.neqz natales.C.de ꝓba.Et ſtantibus pdictis apparet ꝙ relatio prefati dñi Baptiſte poſito ꝙ illa attẽdi deberet nõ hz releuare dictũ comitẽ cuz non ſint ꝓbata incumbentia:vt ex predictis colligitur.¶Preterea in relatione dr ꝙ cõmiſſarius diligẽter ſe iformet de oĩbus iurib⁹ partiũ q̃ partes ipſe oſtendere voluerunt ⁊ maxime an bebulce ille quinquaginta terrarũ de qbus idẽ Nicolaus conquerif in petia terre ducẽtarũ bebulcarum ⁊c.apparet ergo ꝙ dñs Baptiſta voluit haberi debere reſpectũ nõ ſolũ ad iura ſpãliter expreſſa ĩ dicta relatione:ſed etiã ad oĩa iura partiũ.l.iulian⁹.in prin.ff.de leg.iij.l.a ꝓcuratore.C.mã.cũ vulg.⁊ ſic dato ꝙ dicte bebulce quinquaginta comprehẽderenf in dicto inſtrumento illud nõ ſufficeret ad victoriã ſi inſpectis iuribus ⁊ allegationibus Pauli appareat ꝙ non poſſit obtinere actor prout in ꝓpoſito:q2 ſufficit qd Paulus teneat ⁊ poſſideat
4 ad hoc vt excludaf comes Nicola⁹ a iure vendicãdi ſi † non ꝓbat extrema neceſſaria.d.l.ſi.C.de rei vendi.⁊ hoc operaf illa dictio maxime appoſita in relatione:vt no.Ia.but.ĩ.l.ij.§.ignominie.ff.de his q no.infa.⁊ Ant.de bu.in.c.ab excõicato.de reſcrip.⁊ in.c.ĩ pſentia.cuz concor.de renun.⁊ qd no.gl.in.l.illud.ff.ad.l.aquil.⁊ ita eſt interpretandum reſcriptũ principis poſtea reſcribentis ꝙ vicarius ptãtis procedat iuxta relata p dñm Baptiſtam ad expeditionẽ cauſe cuz oĩ poſſi
5 bili celeritate q2 † reſcriptũ dz interpretari:vt non ledat ius partis.c.ſuper eo.de offi.dele.c.cauſaz q̃.⁊ qd ibi ſingulariter no.Cõpoſt.⁊ alij doc.poſt eũ.de reſcrip.¶Itẽ in relatione dñi Baptiſte concludebaf quod commiſſarius delegandus a principe deberet ſe informare de iuribus partium:vt dixi.⁊ referret:⁊ qd illud fieret cum celerrima expe
6 ditione † ergo ſi fuit cõmiſſuz vicario ꝙ iuxta relata p dñm Baptiſtã procederet ad expeditionez ſequitur qd intelligebaf ſibi cõmiſſum qd dũtaxat ſe informaret de dictis iurib⁹ ptiuz ⁊ referret principi ⁊ quod illud faceret cum celerrima expeditione p.l.ſi ita ſcripſero.ff.de conditio.⁊ demon.⁊.l.aſſe toto.ff.de here.inſti.⁊.l.inſti.⁊.l.inſtitutio talis.ff.de condi.inſti.ergo procedẽdo ad ſñiam diffinitiuã non autem referendo principi exceſſit fines mandati ⁊ geſta non valuerunt.c.cũ dilecta.de reſcrip.c.cuz olim abbas.de offi.delega.l.diligenter.ff.manda.¶Obmitto illud qd in inuentario facto p vxorẽ quondam cambij de fabis ⁊ in diuiſione illorũ de valẽtinis nõ ſit deſcripta iſta petia terre:q2 per hoc non ſequitur ꝙ nõ potuerit eſſe dicti cambij ſeu poſtea dictorũ de valẽtinis.l.nõ hoc.C.vnde cog.⁊.l.ad probationez.C.loca.
7 d.c.in preſentia.¶Poſtremo†nõ obſtat ſi dicaf ꝙ ꝓcurator Pauli vſus eſt inſtrumento falſo in dicta cauſa ⁊ qd propterea dñs dz cadere a cauſa:quia vt diſponit ſtatutum loci volẽs ꝙ ſi quis alieno nomine ſciẽs falſos teſtes vel falſum inſtrumentum ſeu ipſis falſis teſtibus vel falſo inſtrumento vſus fuerit in centũ libris condemnef ⁊ dñs a cauſa cadat ⁊ inſuper eadẽ pena condẽnef etiam ſi per alium productum fuerit inſtrumentũ falſum ſeu producti falſi teſtes.Et ipſe principalis producens falſos teſtes vel falſum inſtrumentum intelligatur ſciens niſi clare contrarium probauerit ⁊c.quia ad hoc rñdeo primo ꝙ poſito ſed non conceſſo qd appareret dictum inſtrumentũ eſſe falſum tñ dictum ſtatutũ dz interpretari ſecundum ius cõmune ne quis indebite damnũ patiaf.l.ij.C.de noxa.⁊ ibi not.c.cum dilectus.de conſue.⁊ eſt optima glo.⁊ ibi doc.in.l.ſi.§.in computatione.C.de iure delibe.no.Bart.in.l.oẽs populi.in.vi.q.prin.ff.de iuſti.⁊ iur.⁊ in.l.non du
8 bium.C.de legi.cum.ſimi.Sed†de iure communi nunqz incidit dñs in penaz ex aliquo malefacto procuratoris niſi procurator ad illud malefactum habuerit ſpeciale mandatũ vel dñs ratum habuerit.l.iij.§.ſi

procurator.ff.quod quiſq; in.l.ſi procurator.in prin.⁊ vtrobiq; not.
Bar.⁊ alij.ff.de condi.inde.⁊ non ſufficeret ſi procurator haberet ge-
nerale cū libera ſm Bar.in.d.§.ſi ꝓcurator.vnde dicit Bar.ꝙ dꝫ pe
ti ꝙ dn̄s approbet vel reprobet ꝓductionē factā per ꝓcuratorē.Sed
ita eſt ꝙ Paulus nō cōſtituit ꝓcuratorē ſpecialē ad producēdū di-
ctū inſtrumentū falſum nec ratam habuit dictā productionē imo ex-
preſſe in cauſa appellationis dictus appellans quatenus dicta ꝓdu-
ctio procuratoris poſſet nocere ipſi Paulo diſceſſit ab ⁊ eam nullo
9 modo ratā habuit.¶ Plus dico† ꝙ etiā qn̄ ipſemet Paulus fuiſ-
ſet ille qui produxiſſet dictū inſtrumentum falſum tn̄ cum illa pena ꝙ
cadat a cauſa ſit pena legalis ⁊ eſt impoſita a lege municipali dꝫ intel
ligi ſi in ea productione perſeuerauerit vſq; ad ſn̄iam ⁊ non deſtiterit
alias ſecus.l.in ſeruitutem.§.petijſſe.⁊.l.qui cum maior.§.recuſaſſe.ff.
de bonis liberto.l.pap.§.meminiſſe.ff.de inoffi.teſtamen.l.alia.C.de
his qui.vt indig.notat plene Bar.⁊ alij in.l.amplius nō peti.ff.rē ra.
ha.et in.l.in criminali.C.de iuriſ.om.iudi.et in.l.ſi quis maior.C.de
tranſac.no.doc.in.c.ſi diligēti.de fo.cōpe.⁊ ſicut potuiſſet ante ſn̄iam
latā in cā principali deſiſtere a ꝓductiōe ⁊ vſu dicti inſtrumēti ita ⁊ ēt
pōt poſt latā ſn̄iaꝫ in cā principali ſi a tali ſn̄ia appellatū ſit ⁊ pēdeat
appellatio:vt eſt in ꝓpoſito:ita notabiliter decidit Bald.in.d.l.alia.
C.de his q.vt idi.i vl.col.in ver.extra q̄ro nunqd in cā appellationis
10 qꝛ appellatio† reſcindit pronuntiatū.l.j.in fi.ff.ad turpil.l.in rōne.§.
cū qdā.ff.ad.l.fal.⁊ iſta ēt fuit originalis deciſio Cy.in.d.l.alia.i fi.lꝫ
Bal.ibi non dicat ⁊ idē ēt voluit Bal.in.c.j.§.porro.ad fi.in tit.q̄ fue.
11 prima cā bn̄fi.amit.¶ Pro hoc† etiā quia in caſibus in quibus mo-
ra pōt purgari vſq; ad ſn̄iam ita purgari poterit in cā appellationis
poſt primā ſn̄iam ſicut poterat in cā principali:vt no.gloſ.in.l.j.⁊ ibi
clarius Bar.in penul.colum.ff.de act.emp.⁊ no.Angel.in.l.⁊ ſi poſt
12 tres.circa penul.colū.ff.ſi quis cau.¶ Tertio† rñdeo ꝙ ⁊ poſito ꝙ
acta producta ꝓ parte dicti Pauli continerent falſum ſeu eſſent falſa
adeo ꝙ ſuccedere debuiſſet pena ſtatuti tn̄ ſi ita erat vt deducitur ꝙ
acta producta pro parte dicti comitis eſſent falſa vt prius fuit oppoſi
tū ꝓ parte dicti Pauli ſequitur ꝙ illa exceptio falſitatis oppoſita
per ꝓcuratorē Pauli non debuit tolli replicatione falſitatis oppoſi-
te ꝑ dictū comitē ꝑ.l.apud celſum.§.marcellus.ff.de doli excep.⁊ per
no.in.l.cuꝫ mulier.ff.ſolu.mat.⁊ in pari cā debuit melior eſſe conditio
rei.l.ij.C.de condi.ob tur.cau.in.c.in pari.de reg.iur.in.vj.Ex quibus
concludo pronuntiandum eſſe fuiſſe bene appellatum pro parte dicti
Pauli ⁊ ipſum debere abſolui a petitis pro parte dicti comitis ⁊ vi-
ctum victori in expenſis condemnandum.

¶ Summarium ſuper conſilio.cix.

1 Procurator cui nullum promiſſum eſt ſalarium non poteſt pete-
re ſibi ſalarium conſtitui.3.
2 Si famulus ſtetit per aliquod tēpus ad ſeruitium domini nulla facta
conuentione de ſalario non poterit petere ſalarium niſi eſſet conſuetus
locare operas.
4 Procurator an dicatur aduocatus quando eſſet procurator ad lites.

¶ Conſilium.cix.

¶ An procuratori cui nullum promiſſum eſt ſalariū illud aliquo re-
medio petere poſſit.

Redemptoris noſtri inuoca
to ſuffragio ſuper eo de quo queritur i themate ſcilicet an
Frāciſcus ſtabilinus ciuis ⁊ notarius Ferrarienſis con-
ſtitutus ꝓcurator a magnifica domina cōſorte magnifici
comitis Guidonis de mugonibus ad dandas certas pecunias merca
torib⁹ in ciuitate Ferrarie ad exercendum ⁊ trafficandum illas in arti-
bus mercātijs ad honeſtam partem lucri ⁊ damni prout latius in di-
cto mandato continetur poſſit ex eo ꝙ dictas pecunias collocauerit et
illas qn̄q; a mercatorib⁹ recuperauerit petere ſalariū aliqꝺ ꝓ labore
ſuo.⁊ preſupponit ꝙ in loco nō eſt cōſuetudo ꝙ pro ſimilibus det ſa-
lariū ⁊ ꝙ dictus Frāciſcus nō erat ꝓ ſimilibus cōſuetus accipere ſala
riū ⁊ ꝙ inuētus fuiſſet alius qui hoc gratis facturus fuiſſet more ami
1 corū.breuiter concludo ꝙ nō:vt probat ex notatis† per gloſſ.in.l.j.§.
aduocatos.ff.de varijs ⁊ extraor.cogni.vbi no.ꝙ procurator cui nul-
lū ꝓmiſſum eſt ſalariū non pōt petere ſibi ſalariū cōſtitui.⁊ illā gloſſ.
ſequit ēt Bar.⁊ probat in.l.qui mutuā.§.ſalariū.ff.mā.⁊ in.l.ſalariū.
C.mā.vbi probat ꝙ ille cui incertuꝫ ſalariū ꝓmiſſum eſt non pōt pe-
tere aliqꝺ ſalariū ſibi taxari multo min⁹ quando nullū promiſſuꝫ eſt
certū vel incertū.iſtā opi.etiā ſimpliciter ſequitur Bal.in.l.ſalarium.
ff.mā.idē eſt de mente Bart.in.l.j.§.ludi.ff.de varijs ⁊ extraordi.co-
gni.ꝙ exceptis pſonis in illa.l.noiatis alij operantes nō pn̄t implo-
rare officiū iudicis vt ſalariū eis conſtituatur ſed habent neceſſe age-
re ex ꝓmiſſione ſi eis promiſſum eſt ſalariū vel ſi nō eſt ꝓmiſſum dꝫ
attēdi ſi cōſueuerunt alias locare operas ſuas ⁊ tunc videntur locaſſe
ſꝫ conſuetudinē ⁊ locato agere poterūt.l.exceptio.C.loca.⁊ inſti.loca.
2 in prin.¶ Hoc† idē decidit in conſilijs Fede.de ſeñ.cōſilio.ccxviij.in-
cipiente domine Federice ſi nō fallor ⁊c.⁊ in cōſilio ſequenti vbi con-
cluditur ꝙ ſi famulus ſtetit ad ſeruitiū dn̄i aliquo tp̄e nulla facta con-
uētione de ſalario nō poſſit petere ſalariū niſi eſſet cōſuet⁹ locare ope-
ras ſuas ⁊ dn̄s eſſet cōſuetus conducere operas miniſtrorū.ad primū
allegat quia ſpeciale eſt in aduocato ⁊ in alijs ſpecialiter enumeratis
in.l.j.in prin.⁊.§.ludi.de varijs ⁊ extraordi.cog.ergo in contrariuꝫ eſt
ius cōe in alijs.l.j.in fin.ff.ad munici.l.ius ſingulare.⁊.l.ꝙ vero.ff.de
legib.⁊ alia ſunt ſpālia in aduocato puta vt ex nudo pacto petere poſ-
ſit ſalarium.l.j.C.de ſuffra.ꝓ hoc etiā adducit qꝛ quādo aliquis ſcit ſe
non teneri ⁊ ſcienter de ſuo aliquid preſtat videtur donare.l.cuius per
errorem.ff.de regu.iur.l.campanus.ff.de oper.lib.ita eſt in propoſito.
¶ Quo ad ſcōm autē ſcilicet quando erat conſuetus locare ⁊ ille con-
ducere quo caſu dicit ꝙ ſalariū ſiue merces peti pōt ſaltē vſq; ad ſum-
mam qua dn̄s alicuius operam ⁊ miniſteriū fuiſſet conducturus:alle-
gant in argumentū.l.ſi non ſortē.§.libertus.ver.ſꝫ hec nunqd.ff.de cō
di.indebi.⁊.l.in edibus.in prin.ff.de dona.⁊.l.fin.C.de fun.pſimo.li.
x.bn̄ facit.l.in ſumma.§.in frumēto.ver.⁊ ſic.ff.de cōdi.īdebi.¶ Du-
3 bium† tn̄ facere vr̄ illud ꝙ not.Cy.in.l.j.in fi.C.man.vbi refert quod
Ja.de are.tꝫ ꝙ ſi ꝓcuratori nullum eſt ꝓmiſſum ſalariū poſſit petere
illud ſibi conſtitui officio iudicis ſicut aduocatus ꝑ.d.l.j.ff.de varijs ⁊
extraordi.cog.qꝛ aduocat⁹ eſt ille q quoquo modo liti patrocinatur vt
in.d.§.aduocatos.⁊ dicit ꝙ Ja.de are.rn̄det ad dictaꝫ.l.qui mutuū.§.
ſalarium.ff.mā.ꝙ ibi intelligit de actiōe mādati.ſ.ꝙ talis ꝓcurator
non pōt petere ꝑ actionē mandati ſibi cōſtitui ſalariū ſed ꝑ officiū iu-
dicis ſic.¶ Sꝫ certe hec opi.Jac.de are.non vr̄ vera ⁊ eſt contra tex.
in.d.§.ſalarium.dū dicit neq; extra ordinē recte petit neq; iudicio mā
dati.⁊ ſic dū dicit extra ordinē:apparet ꝙ prohibet ēt peti officio iu-
dicis vt.l.cū fili⁹.ff.ſi cer.pe.l.ſi cui.ff.de cōdi.⁊ demō.l.j.C.de libertis
⁊ eorū lib.Bene facit tex.in.l.ſalarium.C.man.⁊ ſic verior eſt opi.gl.⁊
doct.in.d.§.aduocatos.q̄ tꝫ aliud eſſe in ꝓcuratore quam in aduocato.
4 ¶ Nec eſt verū† ꝙ ꝓcurator dicat aduocatus etiā qn̄ eſſet ꝓcurator
ad lites ⁊ cauſas vt no.gl.⁊ Bar.in.d.§.aduocatos.requiritur enī ꝙ
aduocatus fuerit approbatus ⁊ de eius peritia fuerit ꝓbatū ſm for-
mā.l.nemini.C.de aduo.diuer.iudi.⁊ maxime procedit hec ꝯcluſio qn̄
procurator fuiſſet amicitia cōiunctus cū cōſtituēte ita ꝙ ſit veriſimile
eū gratis ſeruire voluiſſe.ar.l.j.⁊.l.officio.cū ibi no.C.de neg.ge.⁊ per
not.in.l.alimenta.co.ti.ſed vt dixit ēt in dubio vera vr̄ opi.gl.a doct.in
d.§.aduocatos.⁊ hāc opinionē ēt ſequit Fulgoſius in.d.l.ſalariuꝫ.ff.
mā.niſi ſm eum alia eſſet conſuetudo procuratoris quo caſu ſm eum
pōt ꝓcedere opi.Ja.de are.argu.d.l.excepto.⁊ tāto magis dico ꝓce-
dere iſtā concluſionem qn̄ dicta dn̄a gratis fuiſſet habitura perſonam
que hoc feciſſet vt in themate narrat ꝑ ea q̄ dixi ſupra referendo con-
ſi.Federi.de ſenis.Ex quibus concludo dictū Franciſcum in caſu pro
poſito ſalarium petere non poſſe.

¶ Summarium ſuper conſilio.cx.

1 Ad hoc vt declaratio ſit alicuius momēti requiritur quod maior
pars arbitrorum conſentiat.
2 Poteſtas doctorandi non videtur competere de iure communi epi-
ſcopo.3.18.
4 Que competunt epiſcopo iure ſpeciali non tranſeunt vacante ſede in
capitulum.
5 Quomodo intelligantur.c.quod ſedes.⁊.c.ſtatutum.6.7.13.17.
8 Conſuetudo ⁊ priuilegium cum ſint ſtricti iuris non debent extendi.
9 Ea que ex liberalitate donantur exercenti iuriſdictionem epiſcopalem
vacante ſede non reſeruantur ſucceſſori.
10 Conſuetudo que videtur eſſe contra ius cōmune non debet extendi ad
alium caſum.15.
11 Derogatio facta priuilegijs contrarijs comprehendit etiam priuile-
gia futura.
12 Tranſlato principali tranſfertur acceſſorium.
19 Conſuetudo tanti temporis cuius memoria non extat in contrarium
habet vim priuilegij.
20 Conſuetudo que habet locum in defuncto ſeruatur in herede.

¶ Conſilium.cx.

¶ Plura ad intellectū cle.ſtatutū.de elec.⁊ quando eccleſia dicat va-
care ⁊ an priuilegium concedens epiſcopo ptātem doctorandi ⁊ ſede
epiſcopali vacante concedat vicario capituli ⁊ contingat epiſcopum
aliquo tempore fuiſſe impeditum per potentiā laicaleꝫ exercere per ſe
vel vicarium ſuum iura epiſcopalia ⁊ interim vicarius capituli crea-
uit doctores an emolumentum quod inde percepit debeatur ep̄o ⁊ ad
quem de iure ſpectet ptās doctorandi ⁊ que ſint illa que ſede vacante
tranſeunt in capitulum.

Domini redēptoris noſtri
inuocato ſuffragio.Adeo grauis mihi viſa eſt preſens
conſultatio preſertim ex inſpectione ſn̄ie ſeu prolatiōis
arbitrij tot preſtantiſſimoruꝫ iuriſconſultorum qui ad
dirimendam hmōi dubitationeꝫ aſſumpti fuerunt per
reuerendiſſimum dn̄m meū dn̄m.F.ſaluianum de riario digniſſimum
Archiep̄m eccleſie Piſane ex pte vna ⁊ reuerendos patres dn̄os ca-
nonicos ac repreſentātes capitulū eiuſdē eccleſie Piſane ex altera ꝙ
ſi in primo aduentu tabellarij cōſultationē mihi deferentis de tali ar-
bitrorum tā varia ſn̄ia intellexiſſem quorū honori plurimum afficior
auſus fuiſſem



auſus fuiſſem exorare prefatū dn̄m meum ⁊ capitulum vt non iniquo
animo ferrent ſi abſtinendū ducerē ab hmōi cōſultatione.circa quam
in tanta verſati fuerūt perplexitate ac varietate tot grauiſſimi viri ad
arbitrādū ꝑ partes electi:ſed cū per plurimos dies poſtea mihi talis
arbitrorū ſn̄ia innoteſceret indecorū eſſe arbitratus ſum poſt tāti tē-
poris morā a mea quidem abſentia cauſatā Reuerendiſſimo dn̄o meo
⁊ capitulo rem adhuc integram ⁊ infectā remittere ⁊ eos ſua q̄ de me
cōceperāt opinione fraudare.Idcirco veniēs ad p̄ſentis conſultatio-
nis determinationem de duobus mihi iniūctis dicturus ſum.¶ Pri
mum eſt vtrū ꝓ aliqua dictarū partiū relatio ſeu declaratio dictorum
arbitratorū facta eſſe intelligat.¶ Secundū eſt poſito ꝙ pro neutra
dictarū partiū facta eſſe intelligat quenā dictarū partiū in facto prin
cipali iuſtitiā foueat circa emolumēta illa percepta ex poteſtate docto
randi per capitulū ſeu eius vicarium.¶ Circa primū breuiter reſpō-
deo ꝙ pro neutra partiū intelligit eſſe declaratū:quia cū ſex eſſent ar-
bitri ⁊ tres declarauerint in fauorē prefati Reuerēdiſſimi dn̄i Archi
epiſcopi.⁊ ſic ꝙ dicta emolumēta percepta ex licentijs doctorādi tē-
pore quo per potētiā laicalē fuit dictus dominus archiepiſcopus im-
peditus quaſi poſſeſſionē aſſequi debeant eidē dn̄o Archiepiſcopo.
Duo vero declarauerint ꝙ neq; domino Archiepiſcopo neq; capitu
lo de iure debeātur ⁊ vnus tantū.ſ.ſexus declarauerit in fauorē capi-
tuli ſequit ꝙ etiā dn̄s Archiepiſcopus non habuit pro ſe votum ma-
ioris partis arbitrorū:quia tres fuerunt pro eo.⁊ tres cōtra eū.Ideo
1 talis declaratio reddit nullius momēti quoniam† requiritur ꝙ maior
pars arbitrorū cōſentiat.l.diem proferre.§.ſi plures.l.itē ſi vnus.§.
principaliter.ff.de arbi.⁊ in.c.fin.de re iudi.¶ Nunc dicēdū eſt de ſe-
cundo articulo principali quē non inficior eſſe probabiliter dubitabi-
lē.⁊ ſuper eo plura hincinde copioſe ſubtiliter ⁊ elegāter adducta fue-
rūt per preſtātiſſimos doctores iura vtriuſq; partis tuentes.⁊ qꝛ lō-
gum potius q̄ vtile foret argumenta ⁊ reſponſiones oīum ſigillatim
recenſere.Ideo attingā ea que vident mihi principalia ⁊ ſubſtātialia
pro deciſione p̄ſentis articuli.¶ Et i primis ꝓ pte dominorū de capi
tulo ſeu vicarij ſui facere videt.Quia omne fundamentū dn̄i Archi-
epiſcopi eſſe videt in eo ꝙ habet in.c.quia ſepe.de elec.lib.vj.⁊ in cle.
ſtatutum.eo.tit.vbi ea que vndecūq; obueniūt qn̄ eccleſia cathedralis
vel collegiata caret paſtore que ſpectaſſent ad p̄latū ſi obueniſſent an-
teq; ſedes vacaret debēt per capitulū reſeruari ſucceſſori tn̄ dicta iura
non vident militare in dictis emolumentis que ꝑcipiunt a caplo ex
poteſtate doctorandi ſibi cōceſſa ꝑ priuilegiū clementis:qꝛ talia emo-
lumenta tāq; acceſſoria ipſius poteſtatis doctorādi nō erāt obuentu-
ra ſedi vacāti etiā ſi dictū priuilegiū Clementis non conceſſiſſet dictā
2 poteſtatē capitulo ſeu eius vicario:quia† ptās doctorādi non vr̄ com-
petere de iure cōmuni epiſcopo ſeu archiepiſcopo:vt eſt de mente gl.
in cle.ij.in gl.fin.de magiſt.⁊ clarius hoc ibi firmāt doc.⁊ dn̄s Abbas
in.c.tue.de cle.nō reſiden.⁊ Bal.in proemio ſeu in prima conſtitutio-
3 ne digeſtorū.in antepe.col.Ideo† dicta poteſtas doctorandi conceſſa
per priuilegiū Clementis domino Archiepiſcopo nō tranſibat de iu-
re vacāte ſede in ipſum capitulū:ſed reſidebat apud papā qui dictam
poteſtatem conceſſiſſet archiepiſcopo:vt ꝑ glo.⁊ doct.in dicta cle.ij.in
gloſ.fi.⁊ notant doct.maxime dn̄s Cardi.florentinus Joan.de imo.et
domi.Abbas in.c.verū.de foro cōpe.⁊ etiā docto.maxime Pe.de an
4 cha.⁊ Dominicus in.c.j.de maio.⁊ obedien.lib.vj.quoniam ea † que
competunt epiſcopo iure ſpeciali non trāſeunt vacante ſede in capitu-
lum:vt probatur in.c.ſcriptū ſm vnū intellectū quē ibi ſequunt Ho-
ſtien.Joā.an.⁊ cōiter alij ſup gl.in verbo tunc.de elec.⁊ notat Jo.and.
in.c.ad abolendā.de hereti.⁊ ꝑ doc.in.c.cum olim.de maio.⁊ obediē.
5 Illud† vero ꝙ habet in.d.c.quia ſepe.⁊ in dicta cle.ſtatutū.videt ha-
bere locū ſolum in illis emolumentis que oīno fuiſſent obuentura ſedi
vacanti ideo capitulū illa reſeruare tenet ſucceſſori:ſed cū in propoſi-
to caſu capitulū ex proprio ſuo priuilegio exerceat dictā poteſtatē do
ctorandi capit dicta emolumenta iure ſuo non aūt hꝫ illa a ſede vacā-
te cui non fuiſſent obuentura etiā ceſſante priuilegio conceſſo dicto ca-
pitulo.¶ Secundo ad idē facit quia ratio quare tex.in.d.c.quia ſepe.
⁊ in dicta clem̄.ſtatutū.introduxit quod emolumenta que obueniunt
ſede vacante debeant reſeruari ſucceſſori in eccleſijs collegiatis nō ob-
ſtante quocunq; priuilegio vel conſuetudine fuit quia ſi ſede vacante
capitulū ſuccedēs in iuriſdictiōe prelati debuiſſet lucrari emolumēta
obuenientia ſede vacante dn̄i de capitulo ingererēt difficultates ⁊ tar-
dius futurū prelatū eligerent vt ſedes diutius vacaret ⁊ hec ratio red-
dit ꝑ glo.j.in.d.c.quia ſepe.Sed iſta ratio ceſſare videt in caſu propo
ſito.ſ.quā primū fuit facta ꝓuiſio de p̄ſenti dn̄o archiepiſcopo igitur
ceſſare dꝫ diſpoſitio dicti.c.quia ſepe.⁊ dicte clem̄.ſtatutū.l.adigere.§.
6 quāuis.ff.de iure pat.⁊.c.cū ceſſante.de appel.¶ Tertio† probari vi-
detur ꝙ non habeat locū id ꝙ habetur in.d.c.quia ſepe.⁊ in.d.clem̄.
ſtatutum.quia illa iura loquuntur vacante ſede.Sed in propoſito no-
ſtro poſt factā dictaꝫ prouiſionē a Romano pōtifice de preſenti domi
no archiepiſcopo non videt ꝙ eccleſia vacaret ⁊ poſito ꝙ aliquo re-
ſpectu ſcilicet propter potentiā laicalē impedientē dn̄m archiepiſco-
pum per ſe vel eius vicarium exercere ſuā iuriſdictionem potuiſſet di-
ci ſedē quaſi vacare iuxta id quod habetur in.c.ſi epiſcopus.⁊ in.c.fin.
iuncta gl.ij.de ſupplen.negli.prela.in.vj.tamen ꝑ hoc non videbat iu
dicandum eſſe prout de ſede vacante ꝑ id ꝙ no.Ja.de ſancto Geor.⁊
7 Domini.de ſancto gemi.in.d.c.ſi epiſcopus.vbi volunt† ꝙ diſpoſi-
tio dicti.c.ſi ep̄s.que vult ideꝫ eſſe in vacatiōe interpretatiua ſeu quaſi
vacatione ꝙ eſt in vera vacatione non haberet locum qn̄ ex conſuetu-
dine preſcripta vel ex priuilegio vacāte ſede epiſcopali ſpectaret ad ar-
chidiaconum vel ad vnum de capitulo exercere iuriſdictionem epiſco-
8 palē quia talis† conſuetudo ⁊ priuilegium cuꝫ ſint ſtricti iuris nō de-
bent extendi ad alium caſum ꝑ id ꝙ habet in.c.fin.de offi.archidia.⁊
in.c.ſane.⁊ in.c.porro.de priuile.ita ergo in propoſito dictum priuile-
gium clementis conferens poteſtateꝫ doctorandi vicario capituli ſede
vacante non dꝫ ſibi locū vendicare ſede quaſi vacante.Et ideo cū vica-
rius capituli non dederit licentiam nomine archiepiſcopi nec eius no
mine ꝑceperit emolumentū nec ab ipſo dn̄o archiepiſcopo fuerit inſti
tutus ſeu ad id prepoſitus nec ſedes tunc vacaret non vr̄ archiep̄o ius
competere ad dictū emolumentū ꝑ vicariū capituli perceptū.bene fa
cit.l.ſocius qui in eo.in fi.ff.ꝓ ſocio.⁊.l.at.vbi.ff.de peti.heredi.⁊ dato
ꝙ etiā capitulū illicite teneret ſeu illicite ꝑcepiſſet tn̄ cum non perti-
neant hec emolumenta ad dn̄m archiepiſcopū dꝫ ipſe ſuccūbere iuxta
l.fin.C.de rei ven.⁊.l.loci corpus.§.competit.ff.ſi ſerui.ven.cum ſimi.
9 ¶ Quarto† ad idē facit id ꝙ not.Pau.de liaza.⁊ alij poſt eū in di-
cta clemē.ſtatutū vbi volunt ꝙ ea que ex liberalitate donantur exercē-
ti iuriſdictionē epiſcopalē vacante ſede non reſeruantur ſucceſſori cum
non dicantur prouenire ex vſu iuriſdictionis ſed ex mera liberalitate
donantis ⁊ per ꝯn̄s non comprehendunt ſub diſpoſitione dicte clem̄.
ſtatutum.vt pꝫ ex text.ibi dum dicit prouenit ex iuriſdictione ⁊c.ſed di
cta emolumenta videbant ꝑcipi ex liberalitate donantiuꝫ eo quia ad
illa preſtanda non cogebant cum ex tenore dicti priuilegij ⁊ etiā de iu-
re cōi dictus actus debebat eſſe gratuitus iuxta id quod habetur in
c.j.⁊.ij.de magiſt.⁊ plene traditur per Hoſtien.in ſumma illius tit.§.
quid iuris.in princi.¶ Quinto probari videtur qꝛ poſito ꝙ hacten⁹
per conſuetudinē fuiſſet acquiſitum aliquod ius ꝑcipiendi emolumen-
tum dignitati archiepiſcopali qn̄ tēporib⁹ p̄teritis autoritate archi-
10 epiſcoporū q pro tp̄e erant dabat licentia docēdi tn̄ illa † cōſuetudo q̄
videbat eſſe contra ius cōe ⁊ contra tenorē dicti priuilegij nō dꝫ exten-
di ad aliū caſum iuxta no.ꝑ Bar.in.l.poſt dotē.ff.ſo.mat.circa pe.col.
dū allegat.l.ſi vero.§.de viro.eo.ti.⁊ ꝑ no.ꝑ Inno.in.c.dilecto.de off.
archi.⁊ ꝑ doc.in.l.j.C.que ſit longa cōſue.cū ſimili.ergo non dꝫ extēdi
ad caſum qn̄ dabat licentia autoritate capituli ſeu vicarij ipſius capi-
tuli non aūt noīe archiep̄i.¶ Pro pte vero dn̄i archiep̄i multa addu-
ci poſſe vident ſꝫ infra ſcriptis q̄ arbitror eſſe potiora cōtētus ero.naꝫ
eius intentio fundata eſſe videt per dictū.c.quia ſepe.⁊ expreſſius per
dictaꝫ clem̄.ſtatutū.vbi in eccleſijs colligiatis paſtore carētibus eſt ꝓ-
uiſum ꝙ vndecunq; obuenientia que ſpectaſſent ad prelatū ſi obueniſ
ſent anteq; ſedes vacaret debent reſeruari ſucceſſori ⁊ non occupari vel
retineri per capitulū ⁊ reuocatur ibi omne priuilegium ⁊ conſuetudo
que contrarium diſponerent ⁊ non vr̄ ibi text.diſtinguere.an tales ob-
uentiones ꝑueniant ad manus capituli eo quia in tali re capitulum de
iure cōi ſuccedat in locuꝫ prelati ſede vacante an vero ꝑueniat ad ma-
nus capituli ex aliquo priuilegio vel conſuetudine imo potius cum il-
la iura derogent oī priuilegio ⁊ conſuetudini aliter diſponenti videtur
de mēte illorū iuriū eſſe ꝙ etiā ſi ex priuilegio vocaret capitulū ad ta-
le emolumentū ſede vacante tn̄ debeat reſeruari ſucceſſori vt in dictis
iuribus ⁊ maxime in dicta cle.ſtatutū.iuncta gl.in verbo cōſuetudine.
11 ¶ Et hoc† confirmari pōt quia derogatio facta priuilegijs cōtrarijs
per dicta iura comprehendit etiā priuilegia futura.⁊ ſic poſtea impe
trata vt no.Dy.Bar.Bal.Ange.⁊ Moder.in.l.ſi mihi ⁊ tibi.§.i le-
gatis.in fi.ff.de leg.j.argu.l.ſi ſeruitus.ff.de ſerui.v.ba.pre.idem etiaꝫ
voluit Pau.de liaza.⁊ Pet.de ancha.i cle.j.de exceſ.p̄la.et Albe.de
roſa.in prima pte ſtatutorū queſtione.lxvi.incip.Item quero de que-
ſtione de qua querit Dy.⁊c.niſi talia priuilegia ſuperuenientia dero-
gaſſent dictis conſtitutionib⁹ poſitis in.d.c.quia ſepe.⁊ in dicta clem̄.
ſtatutum.vt etiaꝫ volunt Pau.de liaza.⁊ alij poſt eū in.d.cle.ſtatutū.
⁊ conſtat ꝙ priuilegium clementis non derogat dictis conſtitutioni-
bus cum clauſula non obſtante vel equipollenti ſcd̄m ꝙ de iure requi
ritur vt legi.⁊ not.in.l.fi.C.ſi contra ius vel vti.pub.⁊ in.c.nonnulli.de
reſcrip.⁊ in.c.j.de cōſti.in.vj.⁊ in.c.j.de exceſ.p̄la.co.lib.⁊ quāuis papa
in dicta cle.ſtatutuꝫ.nō intendat infringere priuilegia ꝑ que ſingula-
ribus perſonis ipſarū eccleſiarū collegiataruꝫ rōne alicuius dignita-
tis vel officij ſui iuriſdictio cū emolumento ſede vacante deuolueretur
vt legi.⁊ not.ibi in fi.⁊ per ꝯn̄s nō videat derogatuꝫ ꝑ illa iura priui-
legio Clementis ꝑ ꝙ conceſſa eſt vicario capituli facultas conferendi
licentiam et gradum doctoratus eccleſia Piſana paſtore carēte ⁊ ſic
videbatur tale priuilegium conceſſuꝫ eſſe ſingulari pſone ſub nomine
officij ꝙ ſufficere videbat vt ibi ꝑ gl.in verbo dignitatū.tn̄ hoc non vr̄
obſtare dn̄o archiep̄o eo quia tale priuilegiū Clementis nō diſponit
aliquid de emolumēto ſed de facultate examinādi ⁊ dādi licentiā do-
cendi quam tribuit vicario quo caſu non intelligit ꝑ tale priuilegium
eſſe diſpoſitū ꝙ emolumentū det vicario ſed ꝑinde eſt quātū ad emo
lumentum ac ſi talis priuilegiatus nullū haberet priuilegiū vt i dicta

cleme.ſtatutū.cum glo.in verbo emolumento que eſt cōiter approba-
ta vnde emolumentū venit reſeruandū archiepiſcopo cui ex antiquiſ-
ſima conſuetudine erat acquiſitū tale ius percipiēdi emolumētū p̄di-
ctū per regulā traditā in.d.c.quia ſepe.⁊ in.d.cle.ſtatutū.ad qđ etiam
bñ faciunt no.per Hoſt.Jo.an.Ant.de bu.⁊ dñm Abbatē in.d.c.ſcri
ptū.ſup glo.in verbo tunc per illū tex.ſcđm vnum intellectū ⁊ p doc.
maxime dominū Cardinalē florentinū ⁊ Joan.de imo.in.d.c.verum.
de foro cōpe.vbi concluditur quod illud qđ ex conſuetudine maxime
contra ius commune eſſet acquiſitum epō non tranſit ſede vacante ad
capitulū.¶ Iſtis ergo ita deductis pro fundamento iuris dñi archi-
epiſcopi vis omnis conſiſtere vr̄ in rñdendo ad obiecta ad que videt̄
poſſe rñderi.Et primo ad primā obiectionē ſupra factā.Nam illi rñ-
deri pōt qđ dato ꝙ poteſtas doctorandi competens dño archiepiſco-
po non tranſiret ſede vacāte in capitulum vbi aliter non fuiſſet proui-
ſum p priuilegiū Clemētis.tñ q2 per dictū priuilegium fuit ꝓuiſum
qđ poteſtas doctorandi tranſiret in vicarium capituli eccleſia caren-
te paſtore ⁊ de emolumento pcipiēdo non fuit diſpoſitū p priuilegiū
nec etiā per conſuetudinē fuit inductū qđ vicarius capituli tale emo-
lumentū lucraretur:ideo emolumentū ipſum propter ius percipien-
di acquiſitum dignitati archiepiſcopali ex antiquiſſima conſuetudine
deferebat̄ ſedi vacanti que repreſentabat dignitatem archiepiſcopa-
lem cui priuilegium fuerat conceſſū.c.ſi gratioſe.⁊ qđ ibi no.de reſcri.
in.vj.⁊ trāſlatio ptātis doctorādi facta in vicariū capituli virtute pri-
uilegij clemētis non operat̄ ꝙ in ipſum vicariū trāſeat emolumentum
12 vt probat̄ in.d.cle.ſtatutū.in fi.cū gl.in verbo emolumēto.¶ Nec † tūc
hʒ locū illud qđ dr̄ ꝙ trāſlato principali transfert̄ acceſſoriū quia ra-
tio diſpoſitionis dicti.c.q2 ſepe.cū ſimi.cōcernit ſolū acceſſoriū.i.emo-
lumentum:q2 propter emolumētū percipiēdū ⁊ lucrādū ſede vacante
cōtingebat ꝙ ingerebant̄ difficultates ⁊ differebat̄ electio noui prela-
ti vnde tūc qñ per priuilegiū trāſferebat̄ ſede vacāte iuriſdictio in ſin-
gularē perſonā ſub nomine dignitatis vel officij nulla facta mentione
de emolumento nō intelligit̄ tranſlatū eſſe acceſſorium.i.emolumentū
ſed dʒ reſeruari ſucceſſori ⁊ ita colligitur ex no.per glo.in.d.c.q2 ſepe.
in glo.prima.⁊ in verbo reſeruari ⁊ expreſſius p Pau.de liaza.in di-
cta cle.ſtatutū.Quod autē ex antiquiſſima conſuetudine eſſet acquiſi-
tum ius percipiēdi emolumētū ipſi dignitati archiepiſcopali patebit
ex infra dicēdis.¶ Ad ſecundū obiectū ſuperius adductū reſponde
ri pōt ꝙ imo in caſu propoſito non ceſſabat ratio dicti.c.quia ſepe.vt
colligit̄ ex no.ibi p glo.primā dū dicit qđ vacante ſede ingererent dif-
ficultates ⁊c.attēto preſertiʒ ꝙ impedimentum per qđ impediebat̄ ar
chiepš per ſe vel p vicariū ſuū exercere iura archiepiſcopalia facit iu-
dicari quo ad iſtā materiam emolumētorū pinde ac ſi ſedes vere vaca-
ret p no.p Inno.in.c.ad abolēdā.de hereti.⁊ plenius dicet̄ infra pro-
13 xime in rñſione ad tertiū argu.¶ Nō † obſtat dum tertio dicebatur:ꝙ
illud qđ habetur in cle.ſtatutū.loquit̄ qñ ſedes vacabat:ſed in propo-
ſito noſtro nō videbat̄ vacare ſeu carere paſtore cū eſſet eccleſie proui-
ſum a romano pontifice de preſenti paſtore quia ad hoc pōt rñderi qđ
imo eccleſia intelligebatur carere paſtore tpe predicto cū propter po
tentiā laicalem impediretur per ſe vel p vicariū ſuum exercere ea que
pertinebāt ad ius ⁊ iuriſdictionē archiepiſcopi vt eſt de mente Inno.
in.d.c.ad abolēdā.vbi voluit ꝙ iura que p mortē epiſcopi deuoluun-
tur ad capitulum deuoluantur etiā eidē quando epiſcopus eſt per ab-
ſentiā impeditus.bene facit qđ habetur in.d.c.ſi epiſcopus.⁊ in.c.fin.
iuncta glo.ij.de ſup.negli.p̄la.in.vj.⁊ in.c.ij.de tranſla.p̄la.⁊ p gl.opti
mam ⁊ notabilem in clemē.j.cum glo.in verbo ſede vacante.de hereti.
⁊ p glo.in.c.j.de preſcrip.⁊ illud quod habetur in.c.j.in verbo mortuo
vel ſuſpenſo.ne ſede vacāte.lib.vj.⁊ quod notat Hoſtie.⁊ ibi etiam Jo.
and.in.c.olim.el primo.de reſti.ſpolia.dum allegant tex.in.c.cum ve-
niſſent.de inſtitu.⁊ notat etiam Jo.and.in.c.j.de rebus eccl.non alie.
in.vj.in nouella dum refert illud dictum Hoſtie.in preallegato.c.cum
olim.⁊ expreſſe etiā Hoſtien.in ſumma.ne ſede vacan.in.§.qnot mo-
dis.iuxta princi.inquit ſedem dici vacantem quando de facto vacat li-
14 cet nō de iure.¶ Nec † huic reſponſioni obſtare videtur dictum Jaco.
de ſancto Geor.⁊ Dominici in preallega.c.ſi epiſcop⁹.de quo fuit ſu-
pra obiectū quia licet ad iſtud pro pte dñi archiepiſcopi nō videatur
15 fuiſſe datū reſponſum tñ videt̄ poſſe reſponderi † ꝙ priuilegium Cle-
mentis large contra ipſum concedentem interpretari dʒ licet quo ad
alios ſtricte ſit interpretandum iuxta ea que traduntur plene p doct.
in.c.olim tibi.de verb.ſig.⁊ in.c.cum dilecti.de dona.cum ſi.vnde ſiue
teneamus opinionē que habet ꝙ mortuo vel ſuſpenſo epō cui per pa
pam conceſſa eſſet poteſtas doctorandi illa redeat ad ipſum concedē-
ten nonaūt tranſeat ad capitulū ſede vacante vt notatur per glo.ſi.in
dicta cle.§.de magiſtris.⁊ ibi doc.⁊ notant.d.c.verū.⁊ in.d.c.j.de ma-
io.⁊ obedien.lib.vj.per id quod habetur in.c.quia diuerſitatē.de cōceſ
ſio.preben.⁊ in.d.c.ſcriptum.ſm vnū intellectū eo quia de iure cōmu-
ni talis poteſtas doctorandi nō competat epō ſed ſolū cōpetere poſſit
de iure ſpeciali ex cōſuetudine vel priuilegio vt per doc.in dictis locis
⁊ fuit dictū ſupra ⁊ tunc dicendum eſt quod priuilegiū Clemētis dum
conceſſit facultatem doctorandi vicario capituli in caſu in quo eccleſia
Piſana paſtore careret pōt extendi etiam ad caſum quo non vere ſed
ficte ſeu interpretatiue paſtore careret quia talis extenſio ⁊ interpreta
tio ſolū tendit contra concedentem ſed in caſu in quo loquit̄ Ja.de ſan
cto Geor.⁊ Dominicus in.d.c.ſi eps.fiebat extenſio non contra conce
dentem ſed cōtra aliū:ſiue etiā teneamus ꝙ ptās doctorādi de iure cōi
competat epō ſeu archiepō loci vt tenuit Hoſt.in ſumma de magiſtris
§.pe.in prin.⁊ refert gl.in dicta cle.§.in gl.ſi.co.ti.⁊ adhuc non obſtat
id quod notat Jac.de ſancto Geor.⁊ Dominicus in.d.c.ſi epiſcopus.
quoniam tunc quādo eccleſia careret paſtore deferretur talis poteſtas
doctorandi ⁊ iuriſdictio ipſi capitulo.d.c.ad abolendā.⁊ c.cū olim.de
maio.⁊ obe.⁊ ibi expreſſe notat hoc do.Abb.in vltima queſtione:⁊ per
conſequens talis conceſſio clementis cū non eſſet contra ius non eſſet
ſtricte interpretanda.d.c.olim tibi.Sed Ja.de ſancto Geor.⁊ Domi
nicus in.d.c.ſi epiſcopus.loquunt̄ in diſpoſitione que erat contra ius
cōe ⁊ ſtricte interpretāda.⁊ propterea videtur concludendum quod in
caſu noſtro priuilegium Clementis dū loquitur quādo eccleſia paſto
re careret habeat locū etiam qñ interpretatiue careret ſeu quaſi careret
prout cōtingit in caſu ꝓpoſito.¶ Et cōfirmari pōt quia attētis cau-
16 ſis in dicto priuilegio narratis colligit̄ ꝙ ſi prefato † ſummo pōtifici
qui dictū priuilegiū cōceſſit fuiſſet etiā ſupplicatū ꝙ in caſu quo p im-
pedimentum facti archiepiſcopus eſſet impeditus per ſe aut vicarium
ſuū poteſtatē illam exercere id expediri poſſet per vicarium capituli.
illud idem in eo caſu cōceſſiſſet prout conceſſit in caſu quo eccleſia pa
ſtore careret.ideo pro conceſſo haberi dʒ.l.titius.§.lucius.ff.de libe.⁊
poſthu.⁊ notāt gl.⁊ doc.in.l.tale pactū.§.fi.ff.de pac.⁊ p Bal.in.l.j.
C.q̄ res pigno.obli.poſ.bene faciunt not.p gl.in cle.j.in verbo preſi-
17 dentes.in fi.de reſcrip.¶ Ad quartū † argumentū dum dicebat̄ ꝙ id
qđ habet̄ in dicta cle.ſtatutum.cū ſi.non hʒ locum in his que ex libera
litate donantur exercenti iuriſdictionem epiſcopalem ſede vacante di-
co hoc plane fatendū eſſe de iure verū vt ꝓbat̄ in.d.cle.ſtatutū.in ver-
bo prouenit ex iuriſdictione ſʒ mihi in facto ꝑ pte dñi archiepi nō affir
matur talia emolumenta ꝓceſſiſſe ex liberalitate donantiū ſed ex ipſa
iuriſdictione conceſſa ⁊ acquiſita archiepō Piſano mediante cōſuetu
18 dine tanti tpis cuius in cōtrarium memoria nō exiſtit ⁊ † ideo ſi dicta
emolumenta deponebant̄ vt exinde ſic deponentes licentiaʒ ⁊ gradum
doctoratus conſequerent̄ ad quē alias non admittebant̄ non poſſet di
ci donatio ex liberalitate procedēs.l.hoc iure.§.labeo ⁊.§.pe.ff.de do-
na.⁊.l.j.eo.tit.⁊ eodem mō colligit̄ rñſio ad notata.in.c.bone.el.ij.de
poſtu.prela.⁊ per Bart.in.l.cū de in rē verſo.ff.de vſu.in vltima colū.
cum ſimi.dum voluit ꝙ illud qđ ex liberalitate vel ex amicitia fit non
dr̄ tendere ad inducendā obligationē in futurum in quo fiebat funda-
19 mentū ꝑ pte capituli.⁊ dicta allegata.conſuetudo tanti † tpis cuius in
contrariū memoria non exiſtit vim hʒ priuilegij.l.hoc iure.§.ductus
aque.ff.de aqua quoti.⁊ eſti.c.ſuper quibuſdā.§.p̄terea.de verb.ſigni.
centeſima diſtinctio.contra morem.cū ſi.⁊ cōſuetudo facit de illicito li-
citū in aut.de defenſo.ciui.§.q2 vero.cū gl.in verbo ꝑcipiente.¶ Ad
quintū ⁊ vltimū argumentū quo dicebat̄ talē cōſuetudinē non eē exten
dendā ad caſum quo licentia dabat̄ ſede vacāte rñderi pōt qđ eo ipſo
ꝙ dicta conſuetudo tribuit dictū emolumentū archiepō piſano trāſit
etiam illud ex extenſione quadā paſſiua in ſedē vacantē repreſentāteʒ
ipſam dignitatem archiepiſcopalē qñ non eſt ꝓuiſum qđ emolumētū
tranſeat in aliū ⁊ ſucceſſiue venit reſeruanduʒ ſucceſſori ⁊ hoc p gene-
20 realem regulā traditā i.d.c.quia ſepe.⁊.i.d.cle.ſtatutū.Cōſtat † aūt ꝙ
hmōi extenſio paſſiua ꝓcedens ex virtute regule precedētis pōt habe
re locum etiā in quacunqʒ ſtricta diſpoſitione ſuperueniente vt notat̄
in.l.ſi quis ſeruo.C.de fur.⁊ i.l.qđ vero.ff.de legi.⁊ hr̄ i.l.j.§.lex falci-
dia.ff.ad.l.fal.⁊ plene p Bar.in.l.oēs populi.i.vj.qōne principali.ff.
de iuſti.⁊ iu.⁊ in.l.j.in prin.ff.de mune.⁊ bono.⁊ in.l.ij.ff.de leg.i.⁊ in
ſpē no.Bald.in.l.iij.§.hec verba.ff.de neg.ge.nemo enim negaret qđ
conſuetudo que habuiſſet locū in defuncto ſeruaret̄ in eius herede vel
ſucceſſore ad quem tranſirent iura acquiſita defuncto.allegantes etiā
pro dño archiepiſcopo quamuis iſto modo nō reſpōdeāt ad hoc vlti
mum argumentum tamen alijs modis reſpondere conātur quod re-
ferre non puto neceſſarium.Ex quibus omnibus concludo in preſen-
ti articulo quod ſi dicta emolumenta percepta fuerunt ex liberalitate
donantium non ſpectant ad dñm Archiepiſcopum ſed ad illū cui do
nata fuerunt ſed vbi non ex liberalitate donantium ſed vigore dicte cō
ſuetudinis volentes conſequi licentiam docendi ſeu gradum doctora-
tus habebāt neceſſe dicta emolumenta preſtare adeo ꝙ ex cōmuni cō-
ſuetudine aliter ad gradum doctoratus non admittebantur tunc ſen-
tio illa ad prefatum dñm archiepm pertinere.Et quia hec in facto cō
ſiſtunt ⁊ concorditer ab vtraqʒ parte mihi nō affirmat̄ illa eſſe vera:iō
neceſſe fuit ſub dicta diſtinctione concludere.¶ Et ſic colligitur quod
quamuis ius doctorandi competens epō ex priuilegio nō trāſeat ſede
vacan.in capitulū ⁊ per cōſequens emolumenta nō tranſeant:nec ſede
vacante ab aliquo percipi poſſent tñ ſi poteſtas doctorandi ſede vacā
te conceſſa reperitur ex priuilegio ipſi capitulo emolumenta que ob
hoc percipit capitulum reſeruantur futuro ſucceſſori propter genera-
litatem.d.c.quia ſepe.⁊ gl.in.d.cle.ſtatutū.bene planū eſſet ꝙ emolu-
menta deberēt acquiri futuro ſucceſſori ⁊ ei reſeruari ſi hoc ius docto-
randi competeret epō de iure communi:idem putarem ſi emolumenta
deberentur



deberentur iure cōi epō:⁊ idē adhuc cōcedo ſi deberentur iure ſpeciali
epō in omnē caſum ⁊ euentū:q2 militaret qualitas.d.c.q2 ſepe:⁊ tunc
non ſumus in arti.an ius ſpeciale tranſeat in capitulum ſed an ꝓuen-
tus qui acquirerent̄ epō ſi viueret:etiā iure ſpeciali.debeāt ei reſerua-
ri:quo caſu pōt dici ꝙ ſic p.d.c.q2 ſepe ⁊.d.cle.ſtatutū cum gl.genera
liter intelligendo.¶ Dubiū tamē mihi facit q2 preſupponit ꝙ talia
emolumenta que iure cōi non debent̄ archiepō nec cap.preſcriptione
vel cōſuetudine archiepō deberentur:que conſuetudo vel preſcriptio
non probabat̄ (vt puto) niſi viuente archiepō ⁊ clarum ꝙ cū ſint ſtricti
iuris ꝙ cōſuetudo ⁊ p̄ſcriptio nō dʒ egredi ſuos terminos:ſʒ ad ipſos
reſtringi ibi in.c.ſi.de cōſue.vbi late ⁊ iſte.g.tāgit in quinto argumen-
to ergo i hoc caſu remanet ius cōe ergo nec Archiepō nec capitulo de-
beretur:ſed idebite percepta intelligentur ⁊ hac forte ratione bene mo
tus fuit qui pronuntiauit neutri deberi.tñ ad hoc reſpondet iſte.g.qđ
ſit extenſio que paſſiua dr̄ ⁊ ſi hec reſponſio ſatiſfacit procedit cōſulē-
do.q2 hoc magis vget q̄ alia.q2 ꝯ reſponſionē predictā facit qñ nō
ſunt pares termini plena ſede ⁊ vacante:nā plena ſede cōſulēdo de-
fert emolumētū archiepō conferenti doctoratū ſede vero vacāte vica
rio capituli cōfert doctoratū ex ſpeciali priuilegio capituli nō archie-
piſcopus nec alius in hoc ſuccedēs loco archiepi:q2 in hoc cap.nō re-
preſentat pſonā archiepi.cū nō deuoluat̄ ad ipſum hec ptās iure cōi:
vt repreſentat heres perſonā defuncti.nec cōſuetudo hoc caſu nec ius
defert hoc emolumentū vicario capituli nec alteri repreſentāti archi-
epiſcopum vel loco eius ſuccedenti.vnde non videtur par rō.cogita.

¶ Summarium ſuper conſilio.cxj.

1 ¶ Summus pōtifex quando aliquid concedit contra ius commu-
ne non debet derogare contrarijs.ll.nu.2.

3 Ad hoc vt per ſecundas literas tollant̄ prime oportet ꝙ nedū de pri
mis in ſecūdis fiat mētio ſed opʒ ſpecialē mētionē haberi.nu.24.⁊.25.

4 Clauſula ſupplentes in predictis omnes defectus.nu.6.

5 Licet donatio inter patrem ⁊ filiū non valeat tñ ſi pater vult legibus
derogare poteſt donare filio.

7 Generalis diſpoſitio tantum operatur quo ad genus quātum ſpecia-
lis quo ad ſpeciem.

8 Stipulationes pretorie ⁊ iudiciales iudicant̄ ſm mentem pretoris.

9 Quādo princeps remouet per modū priuilegij exceptiones in gene-
re ſufficit vt intelligantur reiecte etiam efficaces.

10 Ubi interuenit clauſula ex certa ſcientia tūc non poteſt obijci qđ in ge-
nere fuerit derogatum.nu.12.⁊.13.⁊ nu.14.

11 Ubi ſunt expreſſi aliqui defectus tunc ſine dubio clauſula generalis
ſubſequens comprehendit omnes alios.

15 Ubi diſpoſitio eſt conformis iuri cōi ſufficit derogationē taliter eſſe
factam quod ſatis ſit ad derogandum iuri communi.

16 Ubi non agitur de preiudicio tertij nō requiritur ſingularis aut ſpe-
cialis clauſula derogatoria.nu.23.

17 Quādo ſuperior caſſat conſuetudines ⁊ ſtatuta ſufficit apponere clau
ſulam generalem.

18 Ubi princeps reſcribit contra ius cōe non tamē in preiudicium tertij
valet reſcriptum abſqʒ clauſula non obſtante.nu.21.⁊.nu.22.

19 Qñ certū eſt reſcriptū emanaſſe de curia valet etiā ſi ſit ꝯ ius.nu.20.

26 Ubi verba generalia derogatoria precedentium actuum ſunt prola-
ta ab eo qui ſpecialiter derogare potuiſſet ſufficit ſi ſint ita prolata ꝙ
innuant voluntatem derogantis.

27 Uerba extunc prout exnunc non obſtantibus quibuſcunqʒ ſolennitati
bus conſuetis ⁊c.

28 Quando papa dicit aſſignamus tibi caſtrū cū plenitudine iuris ⁊c.

29 Modus ⁊ forma practicandi in caſu iſto.nu.30.

¶ Conſilium.cxj.

¶ Quid operetur clauſula ſupplentes de plenitudine poteſtatis om
nem defectum ex certa ſcientia:⁊ an requiratur alia clauſula non obſtā
te:⁊ in quibus caſibus requiratur clauſula non obſtante ⁊ qualis eſſe
debeat.

DOmini redemptoris no
ſtri inuocato ſuffragio.Perſpectis literis pſpicuā
fidē faciētibus de promotione infraſcriptorū qua-
tuor dominorū ad ſupremaʒ cardinalatus dignita
tem hacten⁹ facta autoritate felicis recordationis
Pauli pape ſecundi.⁊ ſacri collegij reuerēdiſſimo-
rū ſacr.ſan.romane eccleſie cardinaliū vcʒ de reuerēdis dñis Joā.ar-
chiepō ſtrigonieñ.i vngaria Petro foſcaro veneto ſedis aplice ꝓto-
notario Jo.baptiſta de ſabellis eiuſdē ſedis ꝓtonotario ⁊ ferreco de
cluniaco ſimiliter ſedis apo.protonotario.viſaqʒ extrauaganti quadā
incipiente in eminenti ⁊c.dudū edita tpe felicis recordationis eugenij
quarti de vnanimi fratrū conſilio ⁊ cōſenſu ſentio in dubium reuocari
vtrū i dictis literis promotionis ſit opportune dicte extrauagāti de-
rogatum:item vtrū neceſſaria ſit alia publicatio ⁊ receptio ⁊ aſſigna-
tio titulorum ⁊ an in dictis literis ſit ſuppletus defectus non traditi
pilei non immiſſi anuli neqʒ oris aperti:⁊ que ſint partes dictorum
quatuor dominorum ad eorum votum conſequendum.¶ Circa pri-
1 mum † videretur prima cōſideratione dicendum qđ lʒ romanus ponti
fex quando aliquid cōtra ius cōe diſponit legem vel conſtitutionē ge-
neralem condendo non habeat neceſſe derogare contrarijs legibus
ſeu conſtitutionibus iuris cōis cū ea oīa in ſcrinio pectoris habere cen
ſeatur.c.j.de cōſti.in.vj.l.omnium.C.de teſta.§.ea vero.inſti.de iure na
turali.tñ ſecus eſt qñ alium particularē actū facit nō condendo legem
generalē q2 tūc legibus cōtrariū facientibus derogare neceſſe eſt.l.nec
damnoſa.⁊.l.quoties.C.de preci.impe.offe.⁊.l.ſi.⁊ ibi plene no.C.ſi cō
tra ius vel vti.pu.c.nonnulli.de reſcrip.⁊ ibi no.⁊.c.eā te.de eta.⁊ qua-
2 li. † ⁊ tātomagis extrauagāti cōſtitutiōe predeceſſoris derogari opor
tet:q2 de ea probabilior non habetur ignorantia.l.cum prolatis cum
ibi not.ff.de re iudi.⁊ in.c.paſtoralis.cū ibi not.per doct.de fide.inſtr.
⁊ qđ no.Bar.in.l.omnes populi ad ſi.ff.de iuſti.⁊ iure.⁊ Bal.in.l.le-
ges ſacratiſſime.C.de legi.⁊ preſertim cū in dicta extrauagāti ſit clau
ſula derogatoria ⁊ annullatiua eorū que in cōtrariū fierent:que pluri-
mū operatur per ea q̄ habent̄ in.l.ſi quis in prin.teſtamenti.ff.de leg.
iij.⁊ no.doc.in.d.l.nōnulli.⁊ in.d.l.ſi.C.ſi cōtra ius.⁊ in.l.j.ff.de libe.⁊
poſthu.cū igit̄ in literis dicte promotionis nō ſit derogatum dicte ex-
trauagāti nō vr̄ promotionē ipſam valuiſſe ⁊ q̄uis actus dicte promo
tionis celebratus fuiſſet ab ignorantibus tenorē dicte extrauagantis
non per hoc tñ dʒ cenſeri validus per not.per gloſſ.no.in cle.nolentes
in prin.in verbo exnunc.de hereti.vt etiam ſpecialiter in dicta extraua
3 ganti exprimitur.¶ Cōfirmant̄ predicta.† q2 videmus qđ ad hoc vt
per ſcđas literas tollantur prime opʒ nedum de primis in ſcđis men-
tionem haberi verum etiam ſpecialem de primis mētionem fieri.c.bo
ne.de cōfir.vti vel inuti.⁊ probat̄ in.c.ij.de do.⁊ cōtu.bene facit text.in
c.ex literis.de offici.de le.vbi tex.requirere videtur qđ in ſecūdis lite-
ris fiat expreſſa mentio primarū.ita etiā habetur in.c.in noſtra.de re-
ſcrip.Quinimo nō ſolū in ſecūdis literis dʒ de primis mentio fieri ve
rū etiā ſi in ipſis primis literis aliq̄ notabilis cl̄a cōtineret̄ oporteret
de ea mentionē fieri vt ꝓbari videt̄ in.c.ex cōqueſtione.de reſtit.ſpo.et
ibi no.do.vbi per hoc dicunt qđ ſi in primis literis eſt adiecta clauſu-
la appellatione remota qđ nō ſufficit in ſecūdis literis fieri mētionem
de primis niſi etiam de dicta cl̄a mentio fiat ita etiā no.Ant.de bu.in
c.ceterū.de reſcri.ſed in dicta extrauaganti cōtinet̄ clauſula nō obſtan-
te in forma latiſſima et qđ ſnīam excōicationis incurrāt illi qui auxiliū
vel ꝯſilium dederint ei qui nō ſeruata forma dicte extrauagantis pro
nuntiatus fuiſſet Cardinalis et pertinaciter ſe cardinalē noīare aude-
ret a qua ſnīa excōicationis non poſſit ab alio q̄ a romano pōti.niſi in
mortis articulo abſolutionis bñficiū obtinere de qua clauſula nulla
eſt facta mentio i literis dicte promotionis.¶ Tñ iſtis non obſtātib⁹
ꝯtrium puto eſſe in propoſita cōſultatiōe de iure verius maxime ex in-
4 fraſcriptis.q2 in actu † predicte promotionis fuit adiecta cl̄a ſupplē-
tes in predictis oēs defectus ſi qui forſan in predictis interueniſſent
quibus oībus autoritate appoſtolica ex certa ſcientia de plenitudine
poteſtatis fuit derogatū:cōſtat aūt ꝙ illa cl̄a de plenitudine poteſta-
tis tollit oēs defectus q eſſent inducti a iure poſitiuo lʒ nō tollat illos
qui eſſent de iure naturali inducti.c.illa quotidiana.de elec.c.j.de trāſ-
ac.⁊ vtrobiqʒ not.doct.⁊ in cle.paſtoralis verſi.ceterū de re iudi.⁊ no.
Spe.⁊ Jo.an.in tit.de lega.§.nūc oſtendendum ver.xviij.⁊ do.Abb.
5 in.c.inter dilectos in.vij.col.de fide inſtr.bene facit qđ not.Bal. † in.c.
j.§.item ſacra.in.vij.col.in ti.de pace iura.fir.vbi voluit ꝙ lʒ donatio
facta a patre filio in poteſtate nō valeat.l.ij.C.de inof.dona.tamen ſi
valēs legibus derogare donat filio ſuo i poteſtate ⁊ exprimit velle in
illa donatione vti autoritate regia valebit donatio per id qđ habetur
in.l.pe.C.de dona.inter vi.⁊ vxor.iuncta.l.bonorū.C.qui admitti ad
6 bo.poſ.¶ Nec † ad hoc obſtat ſi diceret̄ ꝙ nō fuerunt ſpecificati defe-
ctus ⁊ ita ꝙ illa clauſula non trahitur ad defectus nō ſpecificatos.ar.
l.iiij.§.queſitum.ff.ſi quis cau.⁊.c.ex parte cl.ij.cum gloſ.de offic.de-
leg.q2 rñdeo ꝙ imo non requirit̄ defectus ſpecificare vt euidenter ap-
7 paret ex verbis Jo.an.⁊ aliorum in.d.c.j.de tranſac.⁊ q2 † tantū ope-
ratur regulariter gn̄alis diſpō quo ad genus quātū ſpecialis quo ad
ſpeciem.l.ſi duo.ff.de admi.tutor.l.omnes.C.de preſcript.xxx.anno.
8 ⁊ ibi hoc probatur.¶ Non obſtat † id qđ habetur in.d.§.queſitū quia
vt ibi concludunt docto.poſt.gloſ.in.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.
de acqui.heredi.eſt ſpeciale ibi in ſtipulationibus iudicialibus et pre-
torijs que diiudicantur ſm mentem pretoris qui non patitur aliquem
decipi ſub inuolucro verborum.¶ Non obſtat id quod habetur in.d.
9 c.ex parte. † quia reſpondeo primo quod tex.ibi hoc non dicit ſed po-
tius contrarium ⁊ qđ vbi per modum priuilegij princeps remouet
exceptiones in genere hoc ſufficit vt intelligantur reiecte etiam effi-
caces.eſt tex.quem ad hoc ibi ponderat Bal.in.l.iij.§.ſi is pro quo.ff.
10 quod quiſqʒ iuris.Item reſpondeo † ꝙ vbi interuenit clauſula ex cer-
ta ſcientia tunc non poteſt obijci qđ in genere fuerit derogatuʒ vt per
glo.in.d.§.ſi is pro quo.iuncto tex.⁊ eſt ſatis de mente gloſ.in.d.c.ex
parte.⁊ expreſſius no.Jo.de imo.in.l.ſi.in.ij.char.ff.a quibus appel.
nō licet.⁊ in propoſito fuit inſerta clauſula ex certa ſcientia.¶ Item
11 reſpondeo † quod vbi ſunt expreſſi aliqui defectus tūc ſine dubio clau-
ſula generalis ſubſequens comprehendit omnes alios etiam non ſpe
cificatos.ita no.Hoſtiē.⁊ Jo.an.in.d.c.ex parte per id quod habetur

in.c.qui ad agendum.de procu.in.vj.et per no.in.d.§.queſitū.ſed hic fuit facta mētio de defectib⁹ ſolēnitatū ſcʒ cōſuetarū i aſſumptiōe cardinalium ergo ſufficit poſtea alia generalis ſuppletio defectuū plus dixit do.Abba.in.d.c.ex pte qd qñ exceptiones eſſent inducte de iure poſitiuo ſufficeret ſola generalis derogatio ꝑ illūt ex.non violando. ſed huiuſmodi defectus ſunt de iure poſitiuo ergo ⁊c.¶ Preterea vltra dictā clauſulā ſupplētes de plenitudine poteſtatis ⁊c.eſt apposi⸗
12 ta alia† clauſula ſcʒ ex certa ſcientia q̄ etiā per ſe ſola appoſita in literis circa gratiā ⁊ vbi non agit de preiudicio tertij hʒ vim clauſule nō obſtāte.l.quidam conſulebant.ff.de re iudi.l.idē vlpianus.ff.de excu.tuto.⁊ ibi Bal.⁊ no.glo.⁊ doct.in.d.l.ſi.C.ſi cōtra ius vel vti.pub.⁊ in d.l.quot.C.de preci.impe.off.⁊ in.l.eos.in prin.in verbo deciſaʒ.⁊ ibi Bal.C.de ap.⁊ Archi.in.c.j.de cōſti.l.vj.⁊ Jo.an.l.c.j.de exceſ.ꝑla.in vj.in nouella ⁊ gl.ſi.in.cle.ij.de reſcri.⁊ in.c.porrecta.in.gl.iij.de con ſir.vti.vel inuti.⁊ clarius tradit iſtā doctrinā Bal.in pludijs feudorū in.xv.col.in ver.queritur an rex poſſit filiū ſuum conſtituere regem et Bal.in.c.naturales.in prin.⁊ ibi etiā And.de iſer.in tit.ſi de feu.fue.cōtro.inter do.⁊ agna.⁊ Bal.in.l.iij.§.ſi is pro quo in lec.antiq.⁊ ibi moder.qd quiſqꝫ iur.⁊ Bal.in.l.eam quam.C.de fideicom.in.xj.colū.in ver.interrogatus fui.⁊ Jo.de imo.in.l.ſi.in.vij.col.ff.a quibus ap.nō lʒ.in.d.l.quidā cōſulebant in.vij.col.⁊ bene facit qd no.Inno.in.c.eā te.in prin.de eta.⁊ quali.⁊ glo.in.c.ex parte tua in glo.j.de offi.deleg.⁊ in.c.j.in verbo.noſcat.de cōſti.in.vj.vnde dicit Bar.in conſilio incipiente ciuitati camerini in ſcdo dubio ꝙ qñ papa aliquid facit ex certa ſcientia:videtur omne obſtaculum tollere:allegat.d.l.quidā conſulebant ⁊.d.l.idē vlp.⁊ id qd no.in.d.l.eos in prin.⁊ ꝑallegatā.l.bonorum in prin.¶ Nec ad hoc obſtat ſi diceretur qd clauſula ex certa ſcientia non operatur in his in quibus papa preſumitur habere ignorantiam vt no.Bal.in.l.fin.C.ſen.reſcin.non poſ.ſed de extrauaganti non preſumitur haberi ſcientia niſi aliter appareat per ea que habent in.d.c.paſtoralis.de fide inſtru.cū ibi no.per doc.⁊ in.d.l.cū prolatis
13 cū concord.ſupra allegatis qꝛ† reſpondeo qd in propoſito paria ſunt papā habuiſſe ſcientiam qd illud qd ipſe diſponebat erat cōtra dictā extrauagantē.⁊ ſic de hoc in ſpecie cogitaſſe vel ipſum de hoc in genere cogitaſſe ſed ꝙ eſſe poterat cōtra aliquā legem vel conſtitutionem ⁊ nihilominus voluiſſe ita prouidere ⁊ diſponere prout diſpoſuit.l.q iure militari.ff.de teſt.mili.l.ſub pretextu ſpecierum.⁊ ibi not.Cy.et Bar.⁊ alij in prin.C.de tranſac.⁊.l.tres fratres inducendo.vt ibi per Bald.in.ij.oppo.ff.de pac.⁊ Barto.in.l.ij.C.de reſcin.vendi.in verſ.quero quid ſi minor iurauit non venire cōtra rōne minoris etatis ⁊c.⁊ l.ſciendūʒ.ff.de verb.obli.⁊.l.ſi.ad ſi.C.in quibus cau.in ītegꝛ.reſtit.nō eſt neceſ.ſed papa Paulus in propoſito noſtro ſaltē in genere cogitauit de hmōi extrauaganti aut alia qualibet cōſtitutione per quam apparere poſſet aliquid eſſe qd obſtare poſſet effectuali promotioni dictorum cardinaliū vt patet ex eo qd ſi qui eſſent defectus voluit illis eſſe derogatū de plenitudine poteſtatis ⁊ nō obſtare qd ſolennitates in ſimilibus conſuete non interuenerint.⁊ ſic in genere de defectibus qui quomodocunqꝫ interuenire potuiſſent apparet fuiſſe cogitatum.
14 ¶ † Accedit ad cōfirmationē predictorū qꝛ poſtq̄ apparet mētē pape fuiſſe velle generaliter derogari impedimentis ⁊ obſtaculis facili⁹ debet tolli illa ſpecialis cōſtitutio eugenij que in aliquibus repugnat diſpoſitioni iuris communis q̄ etiam ipſum ius cōe.l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de teſt.mili.in.§.quia vero veriſimile in auf.de non alie.⁊ no.Bal.in titu.de pace conſtan.in verbo libellariū ⁊ Ricar.et
15 Bar.de Sali.in dicta.l.final.C.ſi contra ius vel vtili.pub.† Quaten⁹ vero cōformis eſſet diſpoſitioni iuris cōis ſufficit derogationē taliter eſſe factam quod ſatis ſit ad derogandū iuri communi per no.ꝑ gloſ.⁊ doc.in dicto.c.in verbo cum ſit.de conſti.in.vj.⁊ per docto.in.c.j.de reſcrip.⁊ Jo.an.in addi.Spe.in rub.de teſta.in prin.⁊ Bar.in.l.j.in prin.ff.ad.l.fal.⁊ Bal.in.l.ſi.C.que ſit lon.cōſue.⁊ in.l.ius ciuile.ff.de iuſti.⁊ iure.et ex dictis clauſulis.ſ.ex certa ſcientia ⁊ de plenitudine poteſtatis per quas ſuppleuit ac derogauit ⁊c.eſt ſufficienter derogatuʒ defectibus procedentibus a iure communi vel etiam a quocunqꝫ iure poſitiuo vt dictum eſt ſupra.Et ſtatim etiam apparebit in reſpōſione ad allegata in cōtrarium ad q̄ q̄uis ſatis liquere poſſit reſponſio ex ſupradictis tamen ſpecialius reſpondeo.¶ Et dico in primis non obſtare dū dicitur qd debuit derogari dicte extrauaganti quia reſpondeo intelligi fuiſſe derogatū per dictas clauſulas ⁊ papam de ea ſaltē
16 in genere cogitaſſe vt probaui.¶ Et confirmo† ꝙ ſʒ magis communes ⁊ approbatas cōcluſiones in propoſito noſtro quoniam nō agit de preiudicio tertij nō requiritur ſingularis aut ſpecialis clauſula derogatoria ſed ſufficit generalis quia regulariter tantū operat generalis diſpoſitio quo ad genus quantū ſpecialis quo ad ſpeciem.l.ſi duo ff.de adminiſtra.tuto.l.omnes.C.de preſcrip.xxx.anno.vel ſufficit ꝙ appareat romanum pontificem velle ſuam diſpoſitionem valere quāuis ſit cōtra aliquod ius quo inſpecto diceretur in actu eſſe defectus, ſecus quando nō apparet ipm velle cōtra ius diſponere qꝛ non eſt veriſimile eū velle tollere legem diu exagitatam.l.ſi qñ in princip.C.de inoffic.teſta.c.eccleſia veſtra.de elect.iuncta dicta.l.quidā conſulebāt ⁊ dicta.l.idem vlpianus.⁊ ad hoc optime facit.l.reſcripta.C.de preci.imper.off.⁊ ita tenet Jaco.de ra.pe.⁊ Cy.in dicta.l.ſi.C.ſi contra ius vel vti.pu.⁊ Jac.bu.in.l.preſcriptione ad ſi.eo.ti.⁊ eſt de mente gloſ.in.l.imperialis.§.ſi miles.C.de nup.⁊ in.l.j.C.de natu.libe.⁊ in.l.ſi nō ſpeciali.C.de teſta.⁊ firmat Alb.de roſa.in dicta.l.quot.de pci.imper.off.vbi dicit hanc eſſe cōem opi.⁊ poſt opi.omnium relatas tenet hoc Joan.and.in dicto.c.j.de exceſ.prelato in.vj.in nouella vbi vult ꝙ in omni materia ſi per verba derogatoria prolata generaliter apparet voluntas derogātis quod generaliter derogare voluit ſufficit ſʒ ita apparet in propoſito ꝑ dicta verba generalia qd ſi qui erant defectus voluit illis derogare ergo hec verba generaliter prolata generaliter
17 debent intelligi.¶ Accedit† quod no.Bald.in auf.oēs peregrini.C.communia de ſucceſ.vbi dixit ꝙ qñ ſuperior caſſat conſuetudines et ſtatuta ſufficit apponere clauſulam generalem licet nō apponat tenorem ſtatutorū qd dicit eſſe nota dignuʒ pro literis papalibus que ad
18 beneficia cōceduntur.¶ Plus dicit† expreſſe Jo.de platea in.l.j.C.de petitis bon.ſubla.lib.x.quod quando princeps reſcribit cōtra ius nō tamen in preiudiciū tertij valet reſcriptum etiam abſqꝫ clauſula non obſtāte per dictā.l.reſcripta.⁊ per no.per gl.in.l.ij.C.de peti.bo.ſubla.lib.x.ita etiā eſt de mente Bar.in.d.l.ſi.C.ſi contra ius vel vti.pub.dum allegat dictam.l.idem vlp.vbi vult qd qñ reſcribitur ad commodum alicuius abſqꝫ preiudicio alterius non opʒ recurrere ad.q.qua queritur an requiratur clauſula non obſtante ſed ſufficit certa ſcientia
19 per dictam.l.idem vlpianus.¶ Circa hoc† fortius dicit Anto.de bu.in.c.j.de reſcrip.⁊ dominicus in.c.j.de conſti.in.vj.qd quando certum eſt reſcriptum emanaſſe de curia valet etiam ſi ſit contra ius q̄uis in eo non ſit clauſula derogatoria ad ius cōtra quod emanauit per id qd no.Hoſtien.in.c.cum olim eſſemus.de priuileg.⁊ per no.per glo.in.c.vt debitus.de appella.ſaltem in his in quibus habet papa liberam adminiſtrationem vt ibi plenius per eos.⁊ traditur per Pet.de ancha.in conſilio.cccxxij.¶ Sed illud quod fortius obſtare videtur eſt qꝛ dicta.extrauagans habet clauſulam derogatoriā ad reſcripta quo caſu ſm Bal.⁊ Sali.in dicta.l.ſi.C.ſi contra ius.⁊ Anto.de bu.in.c.j.de reſcrip.⁊ dominicum in.c.j.de conſtit.in.vj.videtur ꝙ requiratur ſpecialem mentionem fieri de ipſa conſtitutione per dictam.l.ſi quis in prin.teſtamenti.Plures ad hoc videntur dari poſſe reſponſiones vna Joan.mona.in dicto.c.j.in glo.j.de conſti.in.vj.⁊ ibi Joan.an.in nouella ⁊ Ja.bu.in.l.preſcriptione in ſi.C.ſi contra ius vel vti.pub.ꝙ illud procederet ſi ipſemet pontifex qui conſtitutionem illam fecit
20 reſcriberet cōtra illam ſecus in ſucceſſore† qꝛ ei non potuit predeceſſor legem imponere.c.innotuit.de elec.c.ſi.in ſi.⁊ quod ibi no.de reſcrip.in vj.eſt verum ꝙ Ant.de bu.in.c.j.de reſcrip.⁊ Joan.de imo.in.d.c.nōnulli.iſtam opi.reprehendunt quia ſm eos ſequeretur ꝙ in caſu.d.c.nonnulli.non requireretur hodie per pontifices reſcribentes derogari ſpecialiter illi decretali habēti clauſulam derogatoriam ad reſcripta tñ non probant ipſi hoc aliqua ratione vrgenti nec videtur rō⸗
21 nem Jo.mo.⁊ Jo.an.ſupra allegatam.¶ Secūdo modo poteſt† reſponderi qd illud qd in contrarium allegatur poſſet procedere ꝙ papa reſcriberet in preiudiciū alterius.nā tūc etiā ſi lex aliqua ſpecialiter non derogaſſet tali reſcripto requireret oīno generalis clauſula non obſtante ꝓpter regulā generalē iuriū dicētium generaliter qd reſcripta talia ꝯ ius in preiudiciuʒ alterius non valent.d.l.reſcripta.l.nec damnoſa.⁊.l.quot.p̄ allegata.vnde ſi per aliquam.l.ſpecialem ſit derogatum ſpecialiter reſcripto in certo caſu tunc vt valeat reſcriptum requiritur ſpecialis clauſula non obſtante illa.l.ſed qñ reſcribitur non inferendo grande preiudiciū tertio tunc de iure communi talia reſcripta etiam ſi ſint contra ius nulla requirit clauſula non obſtante quia lex permittit tale reſcriptū quāqꝫ illud quod cōceditur ſit cōtra vt ius in d.l.reſcripta.⁊ in.d.l.quoties.⁊ ibi expreſſe doc.maxime moderni vt Pau.de ca.in.d.l.reſcripta.⁊ in.l.nec damnoſa.co.ti.⁊ dixi etiā ſupra vnde ſi modo in aliqua ſpeciali conſtitutione reperiat derogatū reſcripto impetrādo in certo caſu in quo non tractat de grandi preiudicio tertij vt in caſu prouiſo per dictā extrauagātē ſatis operat dicta extrauagans iſto caſu ꝙ vbi ſi nō fuiſſet per illā extrauagantē facta derogatio ad reſcripta nulla requirere clauſula non obſtāte nūc propter dictam derogationem ad reſcripta requireret clauſula generalis nō obſtante vel equipollens ⁊ probat per.l.j.cū glo.in verbo reſcripti.C.de natur.libe.quā ſequit ibi Bal.⁊ Ang.⁊ Pe.de ancha.in cōſi.cccxvij.⁊ ita eſt de mēte Pau.de ca.in.d.l.reſcripta.vbi dixit ꝙ iſto caſu qñ non infertur grande preiudicium per reſcriptum ⁊ lex ſpecialiter derogabat tali reſcripto requireret clauſula derogatoria vel ex certa ſcientia vel motu proprio allegat.l.ij.C.ſi nup.ex reſcrip.⁊.l.ij.C.de ſum.tri.ſʒ hic eſt adiecta clauſula ex certa ſcientia ⁊ etiam derogatio lʒ nō ſpecia⸗
22 lis.¶ Plus voluit Jo.and.† in.d.c.nonnulli.⁊ etiam Cy.in.d.l.ſi.C.ſi contra ius ꝙ etiā qñ papa reſcribit ad preiudiciū tertij etiā ſi reſcribat in caſu in quo lex ſpecialiter derogat reſcripto vʒ in caſu.d.c.nōnulli.tñ ſi apparet ſcientia reſcribētis illa ſufficiat abſqꝫ alia clauſula non obſtāte.allegat id quod habetur in.c.ſi motu proprio.de preben.in.vj.⁊ poteſt reſponderi ad.d.l.ſi quis in prin.teſtamenti vt reſpondent Ja.de ra.Pe.⁊ Cy.l.d.l.ſi.C.ſi contra ius ꝙ ibi loquitur in teſtatore qui deponit ad vtilitatem ſuā.⁊ ideo ſibi imputet cum aperti

potuerit



potuerit loqui ⁊ voluntatē ſuā oſtendere ⁊ aliud eſt in principe q non diſponit ad vtilitatē ſuā ſed ſubditorū vnde modo nō eſt ſic ſibi imputandum ſi non loquatur apertius.ar.l.veteribus.ff.de pac.¶ Et ita
23 etiam† voluit Bal.in.l.humanum.C.de legi.vbi eleganter in propoſito inquit ſecut⁹ Cy.quod in principe ſufficiat reuocatio ⁊ derogatio generalis facta diſpoſitioni precedenti que prohibebat ſcdam diſpoſitionem fieri illi prime cōtrariā.allegat.l.omnes.§.j.C.de preſcrip.xxx.anno.⁊ cle.eos de ſepul.⁊ dicit quod ita videtur tenere gl.in.l.imperiales.C.de nup.⁊ ꝙ ita ſeruat curia romana ⁊ rñdet ad.d.l.ſi quis
24 in prin.teſtamenti.prout proxime dixi ita etiā eſt† de mēte fede.de ſenis in cōſilio.xlvij.incipiente habita ſuper caſu predicta collatiōe cōuenienti vbi dixit qd lʒ ſm priuilegiū non tollat primū niſi in ſecūdo fiat mentio de primo ⁊ eius derogatorijs vt legit ⁊ no.in.c.veniens.de preſcrip.⁊ in.c.j.de reſcri.⁊.xxviij.q.ij.in ſumma.tñ ſufficit generalis derogatio qꝛ dicit ipſe videmus ꝙ per ſufficientia generalis remoratoria poſita in lege vel canone vel aliquo priuilegio derogatur ſpecialibus priuilegijs quātuncūqꝫ habentibus ſpeciales clauſulas derogatorias ad futura vt patet in.c.qꝛ ſepe.de elec.ī.vj.in.c.alma.de ſen.excom.in.vj.c.vt officium poſt medium.de here.eo.lib.⁊ in cle.j.⁊.ij.§.
25 nos etenim.de ſepul.¶ Non obſtat† etiam dum dicebat ꝙ ad hoc vt per ſcdas literas tollantur prime opʒ de primis ſpecialē mētionē fieri quia reſpondeo qd imo ſufficit generalē de eis mentionē fieri.c.cauſam que el.ij.de iudi.c.audita.de reſti.ſpo.⁊ ita videt reſidere Hoſti.in.d.c.ij.de do.⁊ contu.⁊ etiā Jo.an.ibi dum dicit ꝙ poteſt reſponderi ad.d.c.ij.de dolo.⁊ cōtu.ꝙ nec etiam in genere facta erat mentio de primis literis ita etiam eſt de mente Jo.an.in.c.j.de exceſ.prela.in.vj.in nouella cuius verba retuli ſupra:nec oportuit de aliqua alia clauſula fieri ſpecialem mentionē niſi qñ appareret illā clauſulam fuiſſe talem ꝙ ſi papa paulus de illa habuiſſet noticiam veriſimiliter contrarium non diſpoſuiſſet ſm do.Abb.ī.d.c.ij.de do.⁊ cōtu.⁊.c.ex cōqueſtiōe.de reſti.ſpo.arg.c.ſuper literis.⁊.c.poſtulaſti de reſcrip.¶ His
26 bene conſonat† id qd dixit Pau.de liaʒ.ī cle.j.de ſepu.vbi voluit ꝙ quando verba generalia derogatoria precedentiū actuum ſunt prolata ab eo qui ſpecialiter derogare potuiſſet ſufficiant ſi ſunt ita prolata ꝙ innuant voluntatē derogantis eſſe talem ⁊ hoc dicit eſſe verum tam in contractibus q̄ in priuilegijs reſcriptis ⁊ cōſtitutionibus allegat d.c.qꝛ ſepe.⁊.d.c.alma.⁊.c.ſi motu proprio.de preben.in.vj.ꝙ autem verba appoſita in dictis literis promotionum innuant voluntatē pape fuiſſe talem ptʒ ex illis clauſulis per quas de plenitudine poteſtatis tex.certa ſcientia derogatur defectibus ſi qui eſſent ⁊ ſuppleuit ſolennitates cōſuetas vt eſt dictū ſupra.¶ Ex predictis infero non fore neceſſariā aliam publicationē ⁊ receptionē eorum nec titulorum aſſignationem qꝛ in dictis literis expreſſe cautū eſt ꝙ in caſu quo ſequeretur mors prefati dñi Pauli romani pōtificis immediate ⁊ eo momento intelligerētur publicati ipſi quatuor domini Cardinales quos collegium dominorum cardinalium dixit exnunc in cardinales et fratres recipere prout extunc ⁊ extunc prout exnunc non obſtantibus q⸗
27 buſcunqꝫ ſolennitatibus conſuetis ⁊c.que† verba operantur vt ex die mortis predicte intelligatur retro facta publicatio vt in cle.j.cum ibi not.de conceſ.preben.⁊ in.c.dudum.⁊ ibi expreſſe not.Archi.⁊ Joan.an.in nouella de preben.in.vj.l.lecta.ff.ſi cer.pe.l.ſi ita ſtipulatus fuero ſi titius.in prin.⁊ ibi Bar.ff.de ver.ob.⁊.l.huiuſmodi.eo.ti.⁊ ibi dicit Ang.⁊ alij poſt eum ꝙ dicta verba.ſ.exnunc prout extunc ⁊ extunc prout exnunc operantur vt ex quolibet dictorum temporum poſſit dici quod actus ⁊ diſpoſitio ſumat effectum pro quo allegāt gloſ.in.l.j.C.de codi.⁊ tex.cū glo.in cle.j.in verbo extunc de iure patr.⁊ cle.ſi.de ſepul.⁊.l.cum quidam.in prin.ff.de vſur.⁊ in auf.credētes.C.de here.no.etiam docto.in.c.preterea.el.ij.de appel.nam qñ dico exnūc prout extunc preſens trahitur ad futurum ⁊ quando dico extunc prout exnunc futurum trahitur ad preſens ita inquit Bal.in auf.cōtra rogatus.in prin.per illum tex.C.ad treb.⁊ no.Bal.in.c.j.de mili.vaſ.q cōtu.eſt.⁊ in.d.l.lecta.l.j.col.⁊ in.l.gallus.§.nūc de lege.ff.de lib.⁊ poſthu.⁊ Ang.in ea.l.in prin.per illū tex.cuʒ gl.⁊ in.d.l.j.C.de iud.Prouiſumqꝫ fuit tpe promotionis dictis dominis quatuor aſſumptis de titulis ſuis vt in dictis literis promotionis apparet vnde alia nō eſt neceſſaria titulorum aſſignatio licet talis aſſignatio tunc non fuiſſet neceſſaria vt no.Hoſti.⁊ Jo.an.in.c.ad deliberādū.de iude.¶ Per predictas literas promotionis etiam apparet fuiſſe ſuppletos defectus non traditi pilei non immiſſi anuli nec oris aperti: qꝛ papa voluit ſupplere omnes defectus ſi qui eſſent ⁊ derogare omnibus ſolennitatibus conſuetis ⁊ ſimilibus ꝙ facere potuit eo modo quo fecit cū ſint defectus iuris poſitiui:vt.ſ.fuit oſtenſum dum diſcuſſi de virtute illius clauſule ſupplentes omnem defectum ex plenitudine poteſtatis ex certa ſcientia ⁊c.per que intelligitur derogatū his que prouiſa erāt
28 per dictā extrauagantē vt ſuperius oſtenſum eſſe puto.¶ † Accedit ad confirmationē premiſſorum id quod no.Bal.in.c.j.in princi.in.ij.col.in ti.quid ſit inueſti.in vſibus feudorū.vbi voluit ꝙ ſi papa dixit aſſignamus tibi caſtrum cuʒ plenitudine iuris vel ꝑ alia verba equipollentia non erit neceſſaria alia poſſeſſio facti quia apud papam eſt plenitudo ſupreme poſſeſſionis ⁊ ſuprema poteſtas.allegat id quod no.xvj.q.v.volumus.⁊ ar.c.capitulum ſancte crucis.de reſcri.⁊ id qd no.Archi.in.c.ſi clericus.de preben.in.vj.⁊ idē in effectu voluit Bal.in.c.ſi.de noua forma fidelitatis.⁊ Bal.in.c.ad audiētiam.de preſcri.
29 ⁊ Angel.in.l.officium.ff.de rei vendi.¶ Modus† autem tenendus per dictos dominos:vt.ſ.promotos eſſe videtur ꝙ coram ſuperiore narrent ea que geſta ſunt aſſerātqꝫ a peritiſſimis eis eſſe cōſultum dictam promotionem valere necnon eos intelligi etiam legitime promotos ad predictam dignitatem ⁊ officium:⁊ eos vt cardinales eſſe in omnibus ⁊ per omnia habendos ⁊ tractādos.Quare petunt ſuper hoc iuſtitiam miniſtrari omni meliori modo via iure ⁊ forma quibus magis ⁊ melius fieri poteſt cū proteſtatione ꝙ predicta dicunt ac fieri pe⸗
30 tunt ſi ⁊ inquātum eis de iure liceat † ⁊ non aliter nec alio modo.nam per huiuſmodi proteſtationem factam cum huiuſmodi clauſula in omnem euentum ſunt tuti a pena de qua in dicta extrauaganti vt notabiliter traditur per Bal.in.c.j.§.final.in vlti.colum.in titu.que fuerit prima cauſa benefi.amit.per id quod in ſimili not.gloſſ.in.l.ſi quidem.C.de except.⁊ no.do.Abb.in.c.ſi.de feu.⁊ ego etiā ſub eadē proteſtatione ita dico ⁊ conſulo.

¶ Summarium ſuper conſilio.cxij.

1 ☞ Verba inſtrumenti enuntiatiua probant contra eum cum quo cōfectum eſt inſtrumētum.
2 Relatiuum que ⁊ relatiuum ea facit relationem precedētis ⁊ antecedētis cum omnibus ſuis qualitatibus.
3 Vbi aliquis fatetur talia bona fuiſſe apud talē ille qualitates important dicta bona fuiſſe in dominio vel quaſi.
4 Ex detentione preſumitur poſſeſſio.
5 Quando omnia bona debitoris ſunt obligata creditori ⁊ debitor poſſidebat rē ſi eā nō deſijt poſſidere quāuis reperiantur per alium detineri per hypothecariam adiudicabitur aduerſus poſſidentem.nu.7.
6 Licet bona ſint depoſita ⁊ in ſequeſtrum poſita tamen quis non deſijt poſſidere.nu.8.
9 Poſſeſſor preſumitur bonefidei quando antiquior poſſeſſor contrarium non allegat.
10 Ad hoc vt bona de quibus in caſu potuerint hypothecari ⁊ obligari per Joannem picinum debet apparere quod eſſent pignori obligata dicto Joanni.
11 Conductor dicitur per colonum vel inquilinū poſſidere naturaliter.
12 Non ſufficit dicere ꝙ bona mobilia que ſunt in domo ſint de fratribus cuius eſt domus niſi ſe referant ad qualitates ⁊ demonſtrationes.
13 Probatio de auditu non releuat.
14 Ad hoc vt bona probentur fuiſſe alicuius requiritur quod teſtes etiā non interrogati reddant rationem.
15 Ad hoc vt ex mutuo ⁊ receptione pignoris ſit acquiſita aliqua actio dictis de medicis requiritur qd appareat qd nomine dictorū de medicis mutuauerit.nu.16.⁊ nu.17.

¶ Conſilium.cxij.

¶ An creditori habēti obligata bona debitoris ſufficiat probare qd illa bona poſſidebantur per debitorem ⁊ quid habeat neceſſe probare aduerſarius volens in hoc excludere creditorem ⁊ an ſufficiat quod aduerſarius probet debitorem fuiſſe confeſſum bona fuiſſe non ſua ſʒ iſtius rei conuenti ⁊ mutuaſſe de pecunia mea ⁊ ꝓ tali mutuo recepiſſe pig.vt ſit mihi aliqua actio queſita ⁊ an preſumat te mutuaſſe nomine meo ſaltem ſi hoc tibi mandaui.

**R**Edemptoris noſtri inuocato ſuffragio viſo quodam inſtrumento deſcriptionis bonoruʒ facte per ſer Jo.de belinzona ⁊ viſis nōnullis atteſtationib⁹ teſtium tam receptorum in fauorem domini Georgij de graſſis q̄ etiā in fauorem Franciſci ⁊ fratrum de medicis.queritur vtrū ſtante ꝙ dñs Georgi⁹ eſſet creditor dicti Joannis picini ⁊ haberet obligata omnia bona et iura dicti teſtatoris poſſit conſequi creditum ſuum ſuper dictis bonis de quibus in deſcriptione predicta ⁊ puto quod ſic.Ad quod oſtēdēdū preſuppono ꝙ dicti de medicis non poſſunt negare qd dicta bona in dicta deſcriptione contenta non fuerūt reperta in domo habitationis dicti Joannis ⁊ penes ipſum quia hoc probatur per inſtrumentum dicte deſcriptionis ⁊ conſignationis facte per dictum ſer Joannē de belinzona penes dictos de medicis promittentes ea reſtituere cui
1 vel quibus venient de iure reſtituēda.nā† verba dicti inſtrumenti etiā ſi enuntiatiua ſint probant contra eum cum quo confectum eſt dictum inſtrumentum.l.optimam.C.de contrahen.⁊ commit.ſtipul.l.quidā.ff.de proba.l.publia.§.final.ff.depoſi.nam cum in principio dicte deſcriptionis ſit narratum dicta bona eſſe de bonis dicti Joannis ſeu penes eum exiſtentibus ⁊ receptis in dicta domo habitationis eiuſdē.et poſtea ſubiungitur que quidem bona fuerūt repoſita penes dictos de medicis confitentes ſe ea habere ⁊ promittentes ea reſtituere ⁊c.il⸗
2 lud.† relatiuum que et illud relatiuum ea:facit relationem precedētis ſeu antecedētis cū oībus ſuis qualitatibus vt declarat Bar.ff.de le.ij.in.l.ſi quis ſeruum.§.ſi.in ver.ſed quero teſtator reliquit aliā partē bonorum ⁊c.per.l.a filio.§.teſtator cum ſeq.ff.de ali.⁊ ciba.leg.et not.

etiã Bar. in. l. j. in prin. ff. de receptator. ⁊ in. l. j. in fi. ff. ſi familia fur.
3 ſe. dicať. ⁊ ſic† videtur dicti de medicis fateri bona illa fuiſſe de bonis
dicti Joãnis ſeu penes eũ exiſtentibus ⁊ in domo habitatiõis eiuſdẽ
repertis q̃ qualitates importãt dicta bona fuiſſe in dominio vel qua-
ſi dicti Joannis ſeu ab eo poſſeſſa. l. ij. §. in locũ. ff. de relig. ⁊ ſump. fu.
4 l. bonorum appel. §. in bonis ⁊. l. penes. ff. de ver. ſig. ⁊ dato† ꝙ refer-
renť etiã ad bona que detinebãtur per dictũ Joannẽ tñ ex detentione
preſumitur poſſeſſio vt no. gl. vij. q. j. pontifices. ⁊ colligiť ex no. ꝑ gl.
in. l. ob maritorũ. C. ne vxor pro marito. quã ad hoc allegat Ang. in. l.
qui vias. §. j. ff. de dã. infec. ⁊ not. Jnn. in. c. cũ olim. de priuileg. ⁊ Jo.
an. in. c. ij. vt lite pen. ⁊ Pau. de liaza. in cõmẽto. c. in literis. in. ij. col.
de reſti. ſpolia. ⁊ Bal. in ti. de pace ꝯſtã. in verbo recuperauerat quo
quo mõ ⁊ i. d. l. ij. in. v. col. C. vbi in rem actio. ⁊ in ſua diſputatione in-
cipiente accuſatus de vi turbatiua in pe. col. ⁊ eſt de mente Bart. in. l.
ſtipulatio iſta. §. hoc quoq; poſt gl. ff. de verb. oblig. ⁊ Jo. de imola in
l. a diuo pio. §. ſi ſuper. ff. de re iudi. ⁊ ad cõfirmationẽ eorũ que probã
tur per dictũ inſtrm adducte ſunt etiam probationes facte per teſtes
5 productos pro parte dicti dñi Georgij. Hoc p̃ſuppoſito† oportet vi
dere an ſufficiat dicto domino Georgio probaſſe vt. ſ. ſaltem de poſ-
ſeſſiõe dicti Joãnis picini ſcʒ qd poſſederit dicta bona vt probať per
dictũ inſtrumentũ deſcriptionis in quo articulo varie loquuntur glo.
⁊ doct. in. l. rem alienam. ff. de pigno. actio. ⁊ in. l. cum res. C. ſi res alie.
pigno. data ſit. cum ſuis cõcordãtijs: tamen obmiſſis diſputationibus
dico qd quãtũ ad caſum noſtrũ ſufficit ꝓbare de poſſeſſiõe dicti Joã
nis picini hoc oſtendo ex notatis per Barto. in dicta. l. rem alienam in
iij. colum. in. ver. ſed cõtra hoc ſi debitor poſſidebat ⁊c. vbi dixit ꝙ qñ
omnia bona debitoris ſunt obligata creditori ⁊ debitor poſſidebat rẽ
ſi eam nõ deſijt poſſidere quãuis. experiatur per alium detineri: tamẽ
per hypothecariam aduocabitur dicta poſſeſſio aduerſus detinentez
6 quia illud ius poſſeſſionis debitoris fuit obligatum creditori ſed† ita
eſt ꝙ dictus Joães picinus non deſiderat poſſidere dicta bona quã-
uis eſſent de mandato illuſtriſſimi principis depoſita ſeu in ſequeſtrũ
poſita apud dictos de medicis cã cuſtodie. l. intereſſe cum ibi not. per
Ja. de are. ⁊ Bar. ff. de acquiren. poſſeſ. ⁊ not. per gl. ⁊ doc. in. c. exami-
nata. de iudi. ⁊ late ꝓbat Cy. poſt antiquos in. l. vnica. C. de ꝓhi. ſeque
ſtra. ⁊ Bar. in. l. licet. ff. depoſi. ⁊ notant doc. in cle. j. de ſequeſtra. poſ.
7 ¶ Item† ſufficit dño Georgio docere ꝙ dictus Joães picinus de-
bitor ſuus poſſederit dicta bona ad hoc vt ipſe dñs Georgius credi-
tor habens hypothecata bona omnia dicti debitoris poſſit per vtile
interdictum poſſeſſorium ſaluianum aduocare dictam poſſeſſionem
bonorum poſtea cõſignatorum apud dictos fratres de medicis vt no-
tabiliter declarat Bart. in. d. l. rem alienam in. ij. col. ⁊ etiã in. iij. col. in
ver. item opponitur cõtra predicta: nam ſi debitor ⁊c. ⁊ in. l. j. C. de pre-
cario ⁊ ſaluiano interdi. per. l. j. §. j. ff. de ſaluia. interdi. quinimo ſcd̃m
Dy. in. §. itẽ ſeruia. inſti. de actio. ⁊ glo. ⁊ Salic. in. d. l. cum res in. iij.
col. ſufficit ĩ hypothecaria ĩdiſtincte apparere ꝙ debitor bona fide poſ
ſederit qr res bona fide poſſidetur que in bonis noſtris eſſe dr̃. l. ſeruos
ff. de lega. iij. ⁊. d. l. bonorũ. §. in bonis. ⁊ pro victoria in hypothecaria
ſufficit apparere qd res fuerũt in bonis debitoris. l. ⁊ que nondum. §.
9 qd dicitur. ff. de pig. ⁊ quilibet† poſſeſſor preſumitur bonefidei in du-
bio quando antiquior poſſeſſor cõtrariũ nõ allegat vt probat Bar. in
l. celſus. in pe. col. ff. de vſuc. ⁊ Ang. in. l. ſuper longi circa vlti. col. C. de
preſcri. lon. temp. ⁊ Bald. in ſua diſputatione incipiente accuſatus de
vi turbatiua in pe. col. ⁊ Anto. de but. in. c. ſi diligenti de preſcri p. per
c. j. de preſcri. in. vj. facit quod no. Bart. in. l. cõi diuidũdo. §. inter pre
10 dones. ff. cõi di. ¶ Item† ſufficit apparere ꝙ dicta bona eſſent pigno
ri obligata ſeu pignorata dicto Joanni picini ad hoc vt potuerint
hypothecari ⁊ oblgari ꝑ Joãnẽ picinũ gñaliter dicto dño Georgio.
l. debitor. §. ſi. ff. de pign. ac. ⁊. l. grege. §. cum pignori ſm vnam lect. ff.
de pigno. ¶ Ex quibus omnibus apparet negari non poſſe quin re-
medium competat dicto Georgio agere ꝯ dictos de medicis ad reſti
tutionem: vt. ſ. ¶ Nec predictis obſtant alique atteſtationes teſtium
productorum pro pte dictorũ de medicis qr non deponunt concludẽ
ter in oppoſitũ eorũ que continẽtur in dicto inſtro ⁊ eorũ que deponũ
tur per teſtes domini Georgij prout de iure cõcludenter oportet de-
ponere teſtes ad hoc vt probẽt. c. in preſentia. de proba. l. neq; natales
C. de probat. cũ vulgaribus. nam lʒ teſtes illorũ de medicis dicant ꝙ
dictũ ſedimẽ in quo mutuabat Joannes picinus ſpectabat iure vtilis
dominij ad dictos de medicis non per hoc negat quin cõduceretur ſeu
habitaretur per dictũ Joannem vt cõtinetur in ſcriptura dicte deſcri-
ptionis ⁊ ꝓut deponũt teſtes domini Georgij ⁊ licet dicti teſtes di
cant ꝙ dictum ſedimen etiã ſpectabat rõne naturalis poſſeſſionis ad
dictos de medicis nõ per hoc inferť qd non cõduceretur nec habitare
11 tur per dictũ Joannẽ picinum nã† cõductor dr̃ per colonũ vel inquili
nũ poſſidere naturaliter. l. ſi colonus. ⁊ ibi no. ⁊. l. ſi de eo. §. j. ff. de acq.
poſ. ſed inquilinus ipſe ſeu colonus aut conductor nõ dr̃ poſſidere ſed
detinere. l. certe. §. is qui. ff. de preca. ⁊. l. j. cũ ibi no. C. cõia de vſuf. ⁊ ſic
dato qd fecerint dicti de medicis expenſam in edificando ⁊ melioran-
do dictũ ſedimen vt probãt teſtes talis expenſa ſpectabat ad eos ⁊ nõ
ad cõductorẽ. l. ex conducto. in princi. ⁊. l. pe. in prin. ff. loca. Et q̃uis

teſtes illorũ de medicis dicãt qd in dicto ſedimine erat vnum locum ⁊
vtẽſilia dictorũ de medicis iſtud per hoc nõ contradicit inſtro deſcri-
ptionis bonorũ qr etiã in eo circa finẽ deſcribuntur quedã vtẽſilia ⁊
locũ tãq̃ de bona fuiſſe de medicis ⁊ non ſufficit teſtes
12 dicere† quod bona mobilia ſeu vtẽſilia que ſunt ſeu fuerint in domo. di
ctorũ fratrũ de medicis ſint dictorũ fratrũ niſi ſe referant ad qualita
tes ⁊ ſigna ſeu demõſtrationes bonorũ deſcriptorũ in dicto inſtro qr
potuerũt eſſe alia bona tpe dicte deſcriptiõis diuerſa ab illis que ante
vel poſtea fuerũt. vt ꝓbať in. c. auditis. de preſcri. cum ibi notatis per
Jo. an. dũ ibi ponit qõnem de eo qui cõduxit equũ vt iret ad certum
locũ ⁊ equus mortuus eſt in via naturaliter vt dicebatur locator equi
petebat emendã equi conductor vero ꝓbauit per illos qui ſecum erãt
qd equus quẽ equitauit die tali mortuus erat naturaliter certe non de-
buit obtinere cõductor qr lʒ probauerit vnũ equũ quẽ equitauit eſſe
mortuũ tñ non probauit qd equus q eſt mortuus eſſet ille met quẽ cõ-
13 duxerat ab emptore vñ talis probatio non releuat vt ibi. ¶ † Pre-
terea teſtes deponunt ꝙ audierint a dictis fratribus de medicis ⁊ a
ſecurſo ꝙ dicta bona de quibus deponunt erant ipſorum de medicis
que ꝓbatio tanq̃ de auditu in talibus nõ releuat. l. teſtium. C. de te-
ſti. ⁊ ibi no. ⁊ in. §. ſi vero abſunt in auť. de here. ⁊ fal. ⁊ plene in. c. tam
14 literis. de teſti. ⁊. xxij. q. v. hoc vr̃ vbi no. Archi. poſt gl. Et ad† ꝓbã
dum talia bona fuiſſe dictorũ de medicis requiritur ꝙ teſtes etiã non
interrogati reddant rõnem dicti ſui inferentẽ ꝙ ipſa bona eſſent ſua
vt qr deponant de titulo acquiſitionis vt declarat Jnno. in. c. cum cau
ſam que inter archiepm. de teſti. ⁊ legiſte in. l. ij. C. de teſti. ⁊ Bart. in
ſuo tractatu de teſte cũ ſuis concor. hoc aũt nõ fecerũt teſtes dictorum
de medicis. Et lʒ aliqui teſtes dictorũ de medicis dicant ꝙ ſuo com-
prehendere ⁊ cognoſcere pignora ⁊ bona de quibus i dicta reſcriptio-
ne proceſſerunt ex pecunijs dictorũ de medicis hoc non releuat ex eo
qr teſtes dicunt qd nõ viderant iam p dictos de medicis numerari pe
cunias aliquas dicto Joanni picino ⁊ nullam rõnem nec etiam cõclu
dentẽ aſſignãt ſed deponũt ex auditu qd nõ ſufficit vt dixi. ¶ Quin
15 imo† dato qd dicta pignora ꝓceſſerint ex pecunijs dictorũ de medi
cis tñ nõ per hoc ſequiť ꝙ pignora recepta ꝓ dicta pecunia mutua-
ta ſpectãt ad dictos de medicis quia ad hoc vt ex dicto mutuo ⁊ rece-
ptione pignorũ facto ⁊ facta p Joãnem picinũ eſſet acquiſita aliqua
actio dictis de medicis requirebať ꝙ appareret ꝙ noie dictor de me-
dicis Joães picinus mutuauerit ⁊ pignora illa oia eorum noie rece
perit alias ſec vt. l. ſolutũ. §. per liberã cũ gl. ff. de pig. act. ⁊. l. ſi habẽ
tis cũ ibi no. C. ſi cer. pe. facit. l. ſi ex ea cũ ſi. C. de rei vendi. Qd aũt di-
ctus Joannes picin viſus fuerit recipere dicta oia pignora noie di-
ctorum de medicis ⁊ pecunias pro qbus data ſunt illa pignora mu-
tuare noie dictorũ de medicis hoc non dicũt teſtes ſi bñ inſpiciať. naʒ
potuit eſſe ꝙ mutuabat ſuo noie ⁊ pignora recipiebat ſuo noie prout
in dubio p̃ſumiť quantum ad hoc vt ius ex illo ꝯtu requirat ipſi ꝯhẽ
ti. l. ⁊ magis. ff. de ſolu. l. pap. ff. manda. etiã ſi preceſſiſſet mandatum
dictorũ de medicis factũ dicto Joãni picino de mutuãdo oibus ⁊ de
recipiendo pignora ⁊ ꝓbať in. l. res ex mãdato. ff. de acqui. re. do. ⁊ i
l. pignori. §. ſi. ff. de vſucap. ⁊. l. ij. §. j. ff. iudi. ſol. ⁊. l. poſt mortẽ. §. j. ff.
qñ ex facto tut. ⁊ no. Bart. in. l. qui mihi donatũ. ff. de dona. poſt me-
dium in ver. ſed quero quid in dubio ⁊ Bar. i. l. poſt dotẽ. ff. ſolu. ma.
⁊ Bal. ⁊ ſub. C. de ꝯhẽ. emp. in. xv. q. ⁊ no. doc. in. l. qui in aliena. §. ſi is
qui. ff. de acqui. here. ⁊ Ang. in. l. ſi pupilli. §. j. ff. de neg. geſt. cum ſi.
16 imo† nõ crederet teſtibus ſi dicerent quod ſucceſſiue per dicta tpa qui-
bus ibi ſtetit Joães picinus ad mutuandũ nõ potuiſſet mutuare et
pignora recipere niſi noie illorũ de medicis quin ipſi vidiſſent ⁊ audi-
uiſſent tãq̃ ſatagentes probare negatiuã nõ probabiliter contentam
p. c. cũ eccleſia. cũ ibi no. ꝑ Jnn. de cã poſ. ⁊ expreſſe Cy. in. l. actor. C.
de proba. in. iij. q. ad ſi. ⁊ idem ibi Bal. in. iij. col. ⁊ Dy. ⁊ Bart. in. l. j.
§. hoc interdi. ff. de itine. actuq; priua. ⁊ Bal. in. c. j. in ſi. de cõtẽ. io. in-
ter me ⁊ dñm. ⁊ in. l. quantum bi. §. j. ff. de tranſac. ⁊ in. c. ſi quis per trigin-
ta. in ti. ſi de feu. fue. controuer. inter do. ⁊ agna. ¶ Nec ob. ꝙ nonnulli
teſtes deponant ꝙ audiuerũt Joannem picinum proteſtari et affir-
mare quod mutuauerat nomine dictorum de medicis ⁊ ꝙ exercebat
Banchum feneratitium nomine eorum ⁊ ꝙ dicta pignora ⁊ bona ꝑ-
17 tinebãt ad dictos de medicis quia† reſponſio ꝙ non apparet quod ta
lis confeſſio Joannis picini fuerit facta ante tempus dicti inſtrumen
ti deſcriptionis bonorum necante tempus obligationis bonorum fa
cte per Joannem picinum dicto domino Georgio: vnde talis confeſ-
ſio debitoris non potuit p̃iudicare creditori id eſt dicto domino Geor
gio cui ante erat acquiſitum ius. l. ſcripturas. cum gl. in verbo decer-
nimus. l. ſi ſuperatus. ff. de pig. ⁊. l. repetita. ⁊ ibi no. Bar. ff. de ſi. inſtr.
⁊ Specu. in ti. de obli. ⁊ ſolu. §. j. verſi. ſed quid ecce. Et ſi quis ſit teſtis
q deponeret quod ante tempus inſtrumẽti deſcriptionis bonorum ſeu
ante tempus obligationis bonorum facte domino Georgio confeſ-
ſus fuerit Joannes picinus ſe mutuare noie dictorum de medicis et
de pecunijs eorum ⁊ eorum nomine pignora recepiſſe ꝙ tamen non
eſt attamen euidens eſt ꝙ duo non reperiuntur conteſtes hoc deponẽ-
tes ⁊ aſſerentes illã confeſſionem factam fuiſſe preſente Franciſco et
Gulielmo de medicis prout requirit ad hoc vt talis confeſſio et ꝓ-
batio



batio releuet. l. fi. ff. de interrog. ac. l. certũ. §. ſi qs abſente. ff. de confeſ.
iuncta. l. iuriſiu. C. de teſti. ⁊. c. in omni. de teſti. ex qbus apparet teſtes
dictorũ de medicis non eſſe impedimento prefato dño Georgio.

¶ Summarium ſuper conſilio. cxiij.

1 Quãdo quis donat aliquid ob cauſam de futuro illi donationi
ſtandum eſt nec eſt locus penitentie. nu. 5.
2 Ubi ꝯtus noĩatus eſt mixtus cũ innominato nõ eſt locus penitentie.
3 Ex ſimplici cõuentione cõtinente donationem quãuis nõ interueniat
ſtipulatio oritur hodie actio. nu. 11.
4 Pactum appoſitum iuxta donationem veſtitur coherentia cõtractus
et parit actionem.
6 Donatio cauſa mortis non eſt pura ⁊ propria donatio ſed ob cauſam.
7 Ubi ratio eſt ſcripta in. l. etiam ſi lex ſit correctoria ſit extenſio.
8 Donatio ob cauſam large appellatur donatio.
9 An diſpoſitio. l. ſi quis argentum habeat locum quando dixi donaui
qr mihi ſeruiuiſti.
10 Remuneratio pacto nudo promiſſa tunc demum poteſt peti quando
tranſit in nomen ſalarij.
12 Ubi cauſa eſt cognoſcenda ⁊ terminãda de equitate non poteſt allega-
ri qd quod conuentio fuerit facta pacto nudo.
13 Bona fides plurimum requiritur in his qui plurimum negociantur.
14 Ubi arbitri habent arbitrium terminandi de equitate ceſſat omnis
diſputatio.
15 Taciturnitas habet vim taciti pacti ⁊ conſenſus.
16 Scriptura interueniens ſupplet defectum preſentie.
18 Quamuis interuallum vitiet ſtipulationem tamen non vitiat alias
conuentiones.
19 Non preſumitur mutatio voluntatis.
20 Quando facta eſt ſcriptura etiam parte abſente ſufficit quod ꝑ abſen
tem fuerit ratificata.
21 Pactum de hereditate viuentis videtur a iure reprobatum. nu. 29.
22 Ubicunq; ab aliquo diſponẽte ſit mentio de inſtrumento aliquo pre-
ſumitur qd de eo habuerit ſcientiam.
23 Ubi inſeritur in confirmatione pape tenor tranſactionis confirmate
videtur tunc ex certa ſcientia confirmare.
24 Superueniens conſenſus confirmat conuentionem.
26 Licet conditio impoſſibilis vitiet contractum tamen modus non.
27 Licet vna conditio ſit turpis ſi ſecunda eſt a iure permiſſa non debet
vitiari contractus donationis. nu. 30.
28 Quando iudex mouetur duabus ex cauſis ad ferendam ſententiam ſi
vna facit ad cauſam alia non ſuſtinetur ſententia.
29 Actus ſententie eſt quidam quaſi contractus.
31 Ubi donatio eſt facta ob cauſam non requiritur.

¶ Conſilium. cxiij.

¶ An ex pacto donationis ob cauſam oritur actio. ⁊ qd ſi dicta dona
tio facta eſt per ſcripturam priuatam donatario de cuius preſentia nõ
apparet ⁊ an donatio facta titio vt communicet hereditatem patris
ſibi obuenture valeat ſi pater tũc viuebat qui tamen poſtea hoc rati-
ficauit ſeu approbauit ⁊ an donatio facta ob duas cauſas quarum vna
erat turpis vitietur donatio ⁊ an donatio ob cauſam requirat inſinua
tionem.

REdemptoris noſtri inuocato ſuffragio. Perſpectis his q̃ narrantur in thema
te videndũ eſt principaliter de viribus ⁊ validitate di
cte donationis facte per dictũ Gulielmũ alberti. ⁊ de
viribus illius conuentionis ſocietatis ſeu cõionis bo-
norum celebrate inter eos prout in chirographo manu Gualdinelli
1 contineť in quo† concludo oẽs dictas couẽtiones valere ⁊ efficaces vi-
res hr̃e ⁊ p̃ſuppono primo ꝙ qñ dono tibi aliquid ob cãm de futuro
ꝓut donauit dict gualdinellus alberto etiam ſi in donatione nõ iter
uenerit ſtipulatio aliqua: tñ donatiõi ſtãdũ eſt nec loc eſt penitẽtie tã
reſpectu donationis q̃ etiã reſpectu eoꝝ que deuenerũt in pacto ap-
poſito iuxta donationẽ ſi tale pactum ꝯcernit commodum donatarij
vel cõmodũ vtriuſq; iſta ꝓbanť in. l. ariſto. circa prin. ff. de dona. ⁊ in. l.
q̃ſitum. ff. de ſeruis expor. ⁊ no. in. l. ij. eo. tit. ⁊ declarat Bar. ⁊ alij in. l.
ſi. ff. de condi. ob cãm. vbi etiam oſtendit talẽ contractum donationis
in caſu predicto eſſe contractum nominatum mixtũ cũ ꝯtractu innomi
2 nato ⁊† vbicũq; ꝯtract nominat eſt mixt cum innominato tunc non
eſt locus penitentie vt vltra p̃allegata probat ſubtiliter tex. in. l. ſi ſic ĩ
5 §. ſi tibi. ff. de actio. emp. ſm Bal. in. l. q̃uis in ſi. C. de trãſac. ⁊† ex ſim
plici cõuentiõe ꝯtinẽte donationem q̃uis nõ interuenerit ſtipulatio
4 oriretur hodie actio. l. ſi qs argẽtũ ad ſi. C. de dona. Et pactũ† appoſi
tum iuxta talem donationem veſtitur coherentia contractus. ⁊ parit
actionem. l. in bonefidei. ⁊. l. petens. C. de pac. ⁊ in. l. iuriſgentium. §.
quinimo. ff. de pac. ⁊ in ꝓpoſito not. ſpecifice gloſ. in. l. ij. C. de euictio.
quam quãtum ad propoſitũ noſtrum ſequunť ibi magis cõiter doct.
⁊ no. doc. in. l. ariſto. §. labeo. ff. de dona. preſertim in caſu noſtro habi
ta relatione ipſius pacti continentis donatiõẽ ad alia pacta adiecta
iuxta donationem reſultet cõtractus innoĩatus do vt des ſm not. per

Cy. in. l. ij. ⁊ ſic etiam ſm opinionem Cy. in caſu noſtro cui actio quã-
uis verius ſit ꝙ etiam ſi non reſultaret ꝯtus innominatus nihilomi
nus pactũ producat actionẽ ⁊ veſtitur coherentia cõtractus ſi pactuʒ
cõtineat aliqd ꝙ poſſit eſſe ad commodũ eius in cuius fauoreʒ factus
eſt principalis ꝯtractus vt no. oẽs in legib. ſ. allegatis. ¶ Et quã-
5 uis† dicta donatio fuerit ob cauſam de futuro: tamẽ ſm magis vera ꝯ
cõcluſiones etiã in ea hʒ locũ diſpoſitio. d. l. ſi quis argentũ. §. ſi. ſ. vt
ex tali cõuentione cõtinente donationem oriatur actio etiam abſq; in-
teruentu ſtipulationis ⁊ cõſequenter veſtiatur pactũ illi appoſitum
coherentia cõtractus hoc pʒ qr videmus ꝙ diſpoſitio. d. l. ſi quis ar-
gentum. hʒ locũ etiam in donatione cã mortis vt no. glo. ⁊ doc. in. l. cũ
pater. §. meuio. ff. de leg. ij. ⁊ in. l. ij. C. de iure dot. ⁊ Cy. in. l. final. C. de
dona. cã mor. ⁊ Bar. ⁊ Moder. in. l. j. ff. de dona. cã mor. ⁊ Bald. in. l.
executorẽ in. iij. col. C. de exec. rei. iud. ⁊ i. l. cũ virũ. C. de fideic. ⁊ in. l. cũ
hi. in prin. ff. de tranſac. ⁊ in. l. vnica. §. ſin autẽ aliqd ſub cõditione. C.
de ca. tol. ⁊ in. l. ſi quidẽ. C. de actio. ⁊ ob. in. l. ſi donationis. C. de con-
trahen. emp. ⁊ in. l. ij. de leg. j. ⁊ in. l. j. C. de dona. cauſa mor. ⁊ in auť. ex
teſtamẽto in. iij. col. C. de collatio. ⁊ inſti. de dona. in. §. alie. Ang. in re
petitiõe. l. ſi certis annis in princi. C. de pac. ⁊ in ſua diſputatione inci-
piente aſtẽſis miles ⁊ in. l. cũ ex cauſa. ff. de re iudi. ⁊ in. d. l. ſi qs argen
tum. §. fina. ⁊ ibi etiã hoc tʒ Sali. ⁊ Jo. de imo. in. l. in edibus. §. j. ff. de
6 dona. ⁊ ſic eſt cõis opi. ⁊ tñ cõſtat† ꝙ donatio cã mortis non eſt pura
⁊ propria donatio ſed ob cauſam. l. j. ⁊. l. ſi filiuſfa. ff. de dona. ¶ Com
probatur quia in. d. l. ſi quis argentum. §. final. eſt expreſſa ratio in le-
ge. nã tex. ibi dicit cum enim in arbitrio cuiuſcunq; ſit hoc facere qd cõ
ſtituit oportet eũ vl̃ minime ad hoc proſilire vel cũ ad hoc venire ꝓpe
rauerit non excogitatis actibus ſuum propoſitũ defraudare tantãq;
indeuotionem quibuſdam quaſi legitimis protegere velamentis ⁊c.
7 Sed† ita eſt qd ſaltẽ vbi ratio ſcripta eſt in lege tunc etiam ſi illa lex
eſſet correctoria ſit extẽſio ad caſum qui larga ſignificatione vocabuli
inſpecta poteſt comprehendi ſub caſu expreſſo in lege. vt no. gl. in cle.
j. in verbo eligatur. de ele. videas ibi no. per Pau. de liaza. ⁊ eſt de mẽ
te Bart. in. l. libera. ff. de verb. ſigni. circa. vij. vel. viij. colũ. in ver. his
premiſſis redeamus ⁊c. ⁊ eſt glo. ⁊ ibi Ang. no. in auť. vt hi qui oblig.
§. iuxta primum in verbo ad curationẽ collatio. vj. ⁊ patet ex not. per
gloſſ. in cle. auditor in verbo beneficio. de reſcri. cum multis alijs glo.
⁊ autoritatibus quas plene tradit Ant. de bu. in. c. ſin. de conſuetu. cir-
ca antepe. chartam in prima ⁊. xij. fallentia quam ibi ponit in mate-
ria extenſionis ⁊ Jo. de imo. in. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. ma. in ſecun-
da fallentia quam ibi ponit circa extẽſionem faciẽdã in correctorijs et
moderni in. c. j. de temp. ordi. in. vj. faciunt not. per Bald. in auť. quas
actiones in. ij. colũ. C. de ſacroſanc. eccle. ⁊ in. l. maximũ vitiũ. C. de libe.
prete. in. iij. col. ⁊ in. l. quãuis. C. de fideicom. ergo diſpoſitio. d. l. ſi qs
8 argentum. §. ſi videtur extendenda ad dictam† donationem ob cãm q̃
quidem ſaltem largo ſumpto vocabulo appellatur donatio. d. l. j. ff. de
dona. l. cum veterum. ⁊ in autẽ. eo decurſum ⁊ in auten. dos data. C. de
dona. ante nup. cũ ſimi. ⁊ ſaltem cũ in caſu noſtro in tali extẽſione aga
tur de fauore ⁊ cõſeruatione donatiõis nõ aũt de odio infringende do
nationis prout contingit in caſu de quo per gloſ. ⁊ doct. in. l. aquilius
ff. de dona. cum ſi. vbi tractatur an ſicut infringitur donatio ſimplex
9 propter defectum inſinuationis ita infringatur ob cauſam. ¶ † Nec
obſtat ꝙ no. Bar. in. l. iuriſgẽtiũ. §. quinimo. ff. de pac. vbi dixit ꝙ diſ-
poſitio dicte. l. ſi quis argentum non haberet locum quando dixi ꝙ ti
bi donaui quia mihi ſeruiuiſti. ⁊ ſic non haberet locum in donatione
ſeu conuentione continente donationem factam ob cauſam de preteri
to ſed vbi ſit ob cauſam de futuro prout eſt in caſu noſtro ⁊ tunc dico ꝙ
bene tunc habet locum diſpoſitio dicte. l. ſi quis argentum. vt patet in
donatione cauſa mortis vt ipſemet Barto. ⁊ communiter docto. tenẽt
in locis ſuperius allegatis quinimo ſm Joan. de imol. in. l. in edibus.
§. ex rebus. ff. de dona. ⁊ Fulgo. in dicto. §. quinimo non videtur quod
opin. poſita per Bar. in dicto. §. quinimo poſſit procedere inquantũ
ipſe vult quod in donatione remuneratoria non habeat locum diſpo
ſitio dicte. l. ſi quis argentum. §. ſi. quia ſm prefatos doctores eadẽ et
maior ratio eſſe videtur in donatione remuneratoria vt donãs debeat
obligare ex conuentione ſimplici ⁊ nuda q̃ qñ non eſt remuneratoria.
Item qr ſi vt dixi ſupra dicta lex ſi quis argentum. habet locum in do
natione cauſa mortis que etiam plerũq; ſit cauſa remuneratiõis. l. nec
adiecit. ff. pro ſocio. apparet qd illud qd dicit Bar. in. §. quinimo non
procedit ⁊ qd verius eſt illud qd ipſe tenet in dicta. l. j. ff. de dona. cau-
ſa mor. cum ſimi. ⁊ hanc opinio. qd dicta. l. ſi quis argentum habeat lo
cum nedum in donatione cauſa mortis ſed etiam in alia donatione ob
cauſam firmat Jo. fabri. in. §. alie. inſti. de do. quia etiã illa dicitur do-
natio. allegat dictam. l. cum veterum. ⁊ notata per glo. in dicto. §. me-
uio. facit quod not. Bal. poſt Cy. in auť. eo decurſum. C. de dona. ante
10 nup. ¶ Nec obſtat† ꝙ remuneratio pacto nudo promiſſa tũc demum
peti poteſt quando tranſit in nomen ſalarij. l. j. C. de ſuffra. ⁊ no. in. l. ſa
larium. ff. mã. qr illud procedit qñ nõ in vim ꝯtus donationis cele-
bratur ſed ſimplicis promiſſionis ⁊ vbi eſſemus in terris eccleſie non
11 eſſet opus hac inueſtigatione cũ† ſm communes cõcluſiões ex pacto
nudo oriatur de iure canonico actio iuxta plene tradita in. c. j. de pact.

12 ❡ Preteraa vbi† cā eſſet cognoſcenda ꝛ terminanda de equitate non
pōt allegari qꝺ conuentio fuerit facta pacto nudo vt ſignanter tradit
Bart.in.l.quintus.ff.manda.ꝛ Bal.in.l.ſi pro ea.C.mād.ad fi.ꝛ Sa
li.in.l.placuit.C.de iude. bene facit qꝺ ſingulariter no. Anto.de bu.in
c.q̄ in eccleſiarū.de cōſti.in ver.venio ad tertiū ꝛc.per ibi no.per Inn.
13 vnde† inquit Bal.in.c.ſup debilitate.de offi.deleg in prima lectura il
lius decretalis ꝙ bonafides plurimuʒ requirit in his qui plurimū ne/
gociant ꝛ qꝺ quo ad eos nō differt pactū nudū a ſtipulatione all'.l.j.
circa pnci.ff.de cōſti.pecu.ꝛ.§.argētariorū.in autē.de fideiuſſor.et ſic
vult qꝺ vbi cā cognoſci ſeu terminari dʒ bonafide ſufficeret pactum
14 nudum.❡ Vnde† cū vt verbo fert pſens cā corā cōpromiſſarijs tra/
ctetur ſi habent arbitrium terminādi de equitate ceſſat oīs diſputa/
tio:prout habere intelligūtur arbitratores habētes poteſtatē cogno
ſcendi ꝛ pronuntiandi etiā de facto vt per Bald.in.l.nec quicq̄.§.de
plano.in.ij.col.ff.de offi.procō.ꝛ Barto.in cōſilio incipiente pūctus
queſtionis vertētis ꝛc.ꝛ qꝺ arbitrator debeat pronuntiare ſm equita
tē.ꝛ ſic in hoc differat a iudice tenet expſſe Jo.de imo.in.c.quintaual/
lis.de iureiur.in prin.iiij.differentie inter arbitrū ꝛ arbitratorē per ea
que no.in.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbi.ꝛ ita etiā vult Angel.in.l.
j.C.de preſcrip.xxx.anno.in verſi.item ſi cauſa eſt commiſſa arbitrato
ri ꝛc.ꝛ quidā habēt hoc ibi in lecturis Baldi vt ego habeo ꝛ ex hoc re
manet clarū qꝺ non haberet obſtare ꝙ nō interuenerit ſtipulatio.cū
res tractatur corā habentibus poteſtatē arbitratorū.❡ Verbo etiam
fertur ꝙ dictum chirographū ꝛ cōtenta in eo facta fuerunt a preſen/
15 te preſenti ꝛ ſufficit† preſentia alberti etiaʒ tacentis qꝛ illa taciturni/
tas habet vim taciti pacti ꝛ conſenſus vt declarat Cy.Bar.ꝛ alij in.l.
16 j.C.de pac.per.l.tale pactū.in prin.ff.de pac.❡ Preterea† ſcriptura
interueniens ſuppleret etiā defectū preſentie alberti.l.nec ambigitur
ꝛ.l.ſi aliquid.C.de do.l.labeo.ff.de pacti.ꝛ qꝺ no.Bar.in.l. nuda ra/
tio.et in.ij.col.ꝛ in.l.abſenti.ff.de dona.ꝛ ſufficeret qꝺ etiā ex interual
lo poſtea albertus aſſenſiſſet cōtentis in ea † quāuis interuallum vi/
17 tiet ſtipulationē tñ non vitiat alias cōuentiones.l.ſi ſtipuler.§.ſi. cum
glo.ff.de verb.oblig.ꝛ probat Anto.de bu.in.c.vno. de lit.conteſt.dū
querit an reſponſio facta libello ex interuallo impediat litis conteſta/
tionem ſaltem ſi ante ratificationem factam per Albertū que ſaltem
cōprehenditur ex tempore apprehenſionis tenute bonorū accepte per
dictum Albertum dictus Gulielmellus nondum mutauerat propo/
19 ſitū ſuū dicto chirographo deſcriptū ꝛ in dubio† non preſumitur mu
tatio volūtatis.l.cū tacitū.ff.de proba.l.cū hic ſtatus.poſt princi.ꝛ ibi
20 no.Barto.de dona.inter virū cū ſi.❡ Et ſm Anto.† de but.in.c. fin.
de cōfeſſis circa.v.vel.vj.col.qñ facta eſt ſcriptura etiā pte abſente ſuf
ficit ꝙ per abſentem ſit ratificata viuente ſcribēte ꝛ Bal.in.l. vnica in
iij.colū.in verſicu. ij.oppono ꝛc.C.de confeſſis.dicit qꝺ quandocūq;
poteſt ratificari.❡ Iſtis ſic preſuppoſitis videndū eſt an ea que obij/
ciuntur contra chirographum ꝛ cōuentiones in eo cōtentas habeant
21 obſtare ꝛ obmiſſis non neceſſarijs mihi vr̄ qꝺ nō.in primis enim† op/
ponitur ꝙ in dicto chirographo cōtinetur pactū de hereditate viuē/
tiū.ſ.patris ꝛ matris dictorū Gualdinelli ꝛ Alberti certo modo diui
denda qꝺ pactū videtur a iure reprobatū qñ ſit ſine conſenſu ipſorū
viuētiū de quorū hereditate diſponit p.l.ſi.C.de pac.l.ex eo.ꝛ ibi not.
C.de inuti.ſtipu. ad hoc rñdeo primo qꝺ quo ad bona materna nullo
mō procedit obiectio qꝛ mater mortua erat.❡ Quātū aūt ad heredi
tatem patris.ſ.Marcabruni rñdeo primo ꝙ Marcabrunus poſtea
cōſenſit ꝛ approbauit dictū chirographū tēpore quo emācipauit Al
bertum ꝛ in inſtrumento emancipationis ſit mentio de dicto chirogra
pho.ꝛ ibi eſt regiſtratū de verbo ad verbū:vñ licet requiratur in ſimi/
libus ſciētia ꝛ certioratio.l.in repudianda.ꝛ ꝙ ibi no.doc.ff.de acqui/
ren.here.l.mater.ff.de inoffi.teſta.ꝛ.l.de his.ff.de trāſac.l. legitimam
cū ſimi.ff. de peti.here.tñ dico ꝙ hoc caſu dictus Marcabrunus in/
22 telligitur fuiſſe certioratus† qꝛ vbicūq; ab aliquo diſponēte ſit mētio
de inſtrō aliquo preſumit qꝺ ipſe de eo ꝛ contētis in eo habuerat ſcien
tiā ita pʒ ex notatis per Bar.in.l.qui rome.§.duo fratres in. iiij. ꝛ.v.
q.ff.de ver.ob.ꝛ clare no.Bal.in.c.j.in tit.imperator lotharius in vſi/
bus feudorū circa mediū.in verſic.iuxta hoc quero ꝛc.p.l.j.C.de pact.
23 iuncta.d.l.de his.❡ Preterea† vt inquit Archi.vij.q.j.in.c.preſen/
tiū do.cōiter.in.c.pe.de cōfir.vti.vel inuti.vbicūq; inſeruntur in cōfir
mationem pape tenor trāſactionis cōfirmate vel alterius actus papa vi
detur tunc ex certa ſcia cōfirmare propter dictū tenorē inſertū.ar.c.j.et
c.veniens.de tranſactioni. tertio cum inſertus tenor chirographi in
actu dicte emancipationis alberti celebrate per marcabruni ſequitur
24 ꝙ dicitur apparere de certa ſcientia marcabruni.❡ Et ꝙ† dictus ſu/
perueniens cōſenſus marcabruni confirmet dictā conuentionem qua/
tenus potuiſſet prius dici inualida firmant Bal.ꝛ Sali.in preallega
ta.l.ſi.in vlt.col.C.de pac.ar.l.ſi.C.ad maced.ꝛ.l.ſi fundus.§.j.ff.de pi
gno.nā cōiter dicimus ꝙ vbi actus non ſubſiſtit rōne deficientis con/
ſenſus alicuius tunc ſemper validat actus per conſenſum ſuperuenien/
tē.l.ſi aūt plures.ꝛ ibi Bar.ff.de aqua plu.ar.l.ratū.ff.de ſol.ꝛ no.in
l.j.de rebus eccl.nō alie.in.vj.ꝛ plene in.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum
ff.de acqui.here.per doc.ꝛ in.c.cū eſſuetudinis.de cōſue. maxime per
Anto.de but.ibi qui rñdet ad aliqua q̄ prima facie vident in ɔtrū ad/
duci poſſe.nec dicat ꝙ anq̄ marcabrunus approbaret dictā donatio/
nem ꝙ gualdinellus reuocaſſet ſuam donationē factā Alberto quia
verbo fertur qꝺ de tali reuocatione nō cōſtat ſaltē ſufficienter p duos
idoneos teſtes ꝛ q ſint conteſtes vt de iure requirit iuxta.l.in omni.de
25 teſti.ꝛ.c.lʒ cām.de proba.❡ Scꝺo pōt† rñderi ꝙ quis ipſa principa
lis cōuentio de diuidēda certo mō hereditate viuētis nō valeat tñ do
natio p me facta tibi ſub hoc modo ſeu ob hāc cām:vcʒ qꝺ debeas he
reditate talis viuētis mecū cōicare nō vitiat:ſed vitiat ipſe modus
adeo qꝺ ego qui dono ſi volo agere ad modū implēdū non debeo au/
diri:ita eſt de mēte gl.reputate ſingularis in.l.cum donationis.C.de
tranſac.ſm Ang.in.l.impoſſibilis.ff.de verbo.ob.bñ facit.l.dictā cū
26 ibi notatis.C.de codi.ob cām.vñ colligit Bal.† in.d.l.cū donationis
qꝺ licet cōditio impoſſibilis vitiet ɔctū.l.non ſolū.ff.de actio.ꝛ obli.ꝛ
d.l.impoſſibilis.tñ ſecus eſt in modo impoſſibili:qꝛ non vitiat ɔctum
ꝛ expreſſe tenet ibi Bal.ꝛ Saly.quod donatio facta ſub mō illo ipoſ
ſibili ꝛ reprobato a iure nō vitiet ſed vitiet modus ꝛ in dubio diſpo/
ſitio intelligitur facta ſub modo non ſub cōditione.l.quero.§.inter lo
catorem.ff.loca.no.Cy.in.l.cū quis.C.de iuris ꝛ fac.igno.in verſi.mō
venimus ad ſecūdā ſpeciē ꝛ Bar.in.l.cū mota.in prin.ꝛ ibi etiā alij
C.de tranſac.hoc dico ꝙ ſit differentia an actus fiat ſub conditione re
probata an ſub modo reprobato vt no.in.d.l.cū donationis.❡ Pōt
etiam aliter reſponderi:vcʒ ꝙ dicta donatio fuit facta ſaltē ad dupli
cem cām:vna fuit qꝺ bona obuentura ex hereditate patris ꝛ matris
cōicentur cū gualdinello alia fuit cā ꝙ omnia bona vndecūq; acqren
27 da per dictos fratres eſſent cōia:ergo lʒ† vna cauſa ſit turpis.ſ.pria
ꝛ ſit a iure reprobata:tñ ex quo ſcꝺa eſt a iure permiſſa non dʒ vitiari
contractus donationis:ſed ſuſtinetur ex ſecunda.hoc probari videtur
per id quod ſingulariter decidit Inn.in ſimili in.c.in preſentia.de re/
nun.vbi voluit qꝺ lʒ ſnīa lata ex falſa cauſa conſiſtente in iure reddat
nulla.l.q teſtō.ff.de excuſa.tut.tñ ſi ſnīa lata ſit ex duabꝰ cauſis qua/
rum vna erat vera alia falſa in iure ſuſtinebitur ſnīa ex cā que erat ve
ra.lʒ vbi alia tm̄ fuiſſet expreſſa ſnīa eſſet nulla allegat in argu.id qꝺ
habetur in.c.abbate.de verb.ſig.ꝛ ita etiaʒ no.Jo.an.in.c.cū inter.de
re iud.ꝛ cōiter ſequunt doc.vbiq;.❡ Pro quo etiā bene facit tex.no.
28 in.c.per tuas† qui filij ſint legi.per quē ibi Ant.de bu.ponderat pro/
bari qꝺ ſi iudex mouet ex duabus cauſis ad ferendā ſnīam quarū vna
facit ad cām alia nō:ſuſtinet ſnīa ex ea que facit ad cām vbi als red/
deretur nulla ſi vna tantū nō faciens ad cām fuiſſet expreſſa.c.ex par
te.ꝛ.c.dilectus de cōceſ.prebē.ꝛ ita etiam dicit Ant.de bu.in.c.ab ex/
cōicato.de reſcr.p tex.in.d.c.p tuas quē ad hoc ſingularē reputat.ita
etiā tʒ dñs Abbas ſiculus in.c.ſicut de re iud.ꝛ in.d.c.ex pte. ꝛ Joā.
de imo.in.l.ſi is ad quē.ff.de acqui.here.bñ facit quod no.gl.ſi.i.l.pe.
C.ſi ex fal.inſtrumētis.ꝛ qꝺ not.Jac.bu.in.l.j.§. ignominie.§.de his
29 qui notā.infa.ꝛ cōſtat† ꝙ actus ſententie eſt quidam quaſi contractus
30 l.iij.§.idem ſcribit.ff.de peculio.❡ Confirmo† per id quod no. Jaco.
de are.ꝛ Ray.in.l.ſi plagij.ff.de verb.oblig.vbi limitando illam.l.vo
lentem qꝺ promiſſio facta ob turpē cauſam nō valeat pcedit niſi illa
cauſa turpis eſſet accumulata alteri cauſe.ſ.donationis:qꝛ tū c pmiſ/
ſio non vitiabitur propter accumulationem cauſe turpis.ar.l.ſi patro
nus.ff.de dona.ꝛ hoc ſequitur Jo.de imo.in.d.l.ſi plagij.vbi pro hoc
etiam allegat illud dictum Innocen.in preallegato.c.in preſentia. et
dicit illud eſt ſingulare ꝛ cōiter incognitū legiſtis.facit etiā id qꝺ no.
Bal.in.d.l.cum donationis ad ſi.❡ Et per iſta ſatis videretur com/
probari hec reſponſio.licet nonnulli moderni aliter ſentire videantur
nil boni allegantes nec de predictis mentionē facientes attamen reſi/
deo principaliter in prima reſpōſione non ponens cetera pro cōſtanti
31 cū nō expediat ꝛ prima ſufficiat.❡ Nō obſtat† etiam ſi contra dictam
donationē allegaretur defectus inſinuationis ſi excedat ſummā quin
gentorū aureorum iuxta.l.ſi quis pro redemptione ad fin. C.de dona.
quia reſpōdeo quod cum facta fuerit ob cauſam vel cauſas quaruʒ ſal
tem alique erāt efficaces nō requiritur inſinuatio ſaltem: quia erant
cauſe de futuro ꝛ oneroſe tendentes ad diminutionem patrimonij di/
cti Alberti ſeu eius bonorum maxime futurorum ꝛ hoc per.l.aqui/
lius.cum glo.ſua valde not.ff.de dona.ibi ſequūtur docto.ꝛ.l.fin.ad
fi.cum aut.ibi poſita.C.de dona.ante nup.ꝛ.l.C.in prin.C.de iure do.
ꝛ firmat Old.in conſilio.cxxix.incipiente ad habendam ꝛc.in nono
queſito.ꝛ Joan.an.in addi.Specu.in tit.de inſtru.edi.§.pōr. o.in vlt.
col.ꝛ Guil.de cuneo in.l.illud.C.de ſac.ſan.eccle.ꝛ Bal.in.l.ij.ad fin.
C.ne liceat potē.ꝛ in.l.ſi cū mihi.ff.de dolo.ꝛ i.l.iij.C.qui bo.ced.poſ.
ꝛ in.l.ꝛ ſi mortis.C.ad legem fal.ꝛ in.l.ſi.in lectura antiqua ff.de ex/
ercito.ꝛ Ange.poſt gloſſ.in.§.illud in auē.vt fratrū filij.ꝛ Albericus
de roſate.ꝛ Sali.in.l.fina. C.de pac.vbi refert Sali.ſe ita cum pluribꝰ
cōſuluiſſe.ꝛ ita conſuluit late Ange.in conſilio.clxxxj.incipiente in dei
nomine viſis inſtrumentis ꝛc.ꝛ Ange.in.l.ſancimus.C.de dona.ꝛ in
dicta.l.fina.C.de iure do.ꝛ in.d.l. fina.C.de dona.ante nupt.ꝛ Salic.
in auē.eo decurſum.ꝛ in dictis locis Ange.ꝛ Sali.reſpondent varijs
modis ad dictam.l.ſi.C.de iure do.ꝛ.l.ſi.C.de dona.qui per argumen
tum a ſpeciali videbantur facere contrarium quorū reſponſiones bre
uitatis cauſa omitto preſertim cum iſta ſit cōmunis opi.a qua in iudi
cando non eſt recedendum vt traditur in locis vulgaribus.❡ Non
obſtat



obſtat etiā.l.donatio.C.de dona.qꝛ illud pcedit qñ donatio cēt facta
ob cām non oneroſam prout in caſu nostro:vt puta dono tibi vt emas
tibi librū vel vt aſcendas capitolium ſeu ſub cōditione ſi īperator ve/
nerit in Italiā tūc reqrit inſinuatio.ꝛ ita rñdet Jo.de imo.i.d.l.aq/
lius et per Bal.in.l.ſi tibi.ff.ſi cer.pe.Ex quibus oībꝰ cōcludit qꝺ di
ctus Albertꝰ agere pōt ɔ gualdinellū vt ſibi det ꝛ aſſignet ꝛ tradat
dimidiā pro indiuiſo pdij ꝛ affictuū aſſignatorū p dictū marcabru/
num ipſi gualdinello in inſtrō emancipationis tūc ſituatorū in villa
colʒa de colʒadi ꝛ eius pertinentijs ꝛ ad cōicandū cū dicto Alberto
pro dimidia pro indiuiſo oīa bona que poſt dictū chirographū ipſe
gualdinellꝰ acquiſiuiſſet iuxta.l.ſi qs ſocietatē cū ibi not.ff.pro ſocio.
ꝛ facta dicta cōicatione ꝛ aſſignatione poſſet Albertꝰ cōſequi ꝛ obti/
nere ſibi dimidiā aſſignari p diuiſo ſi ɔſtaret quod culpa gualdinel/
li ſiue eius vxoris non poſſet in cōmunione perſiſtere cū gualdinello:
iuxta contenta in dicto chirographo.

❡ Summarium ſuper conſilio.cxiiij.

1 Obligatio facta per verba futuri temporis cōtinet promiſſionē.
2 Licet regulariter requirat preſentia partis vel alicuius recipientis
pro eo tamen fallit in promiſſione facta incerte perſone.
3 In iudicio publico preſumitur quod interſit multitudo hominum.
4 Licet ſententia lata pro abſente non citato non valeat tamen fallit in
cauſis in quibus proceditur extraordinarie.
5 Ius ſuperueniens actori ex cauſa de preterito conualidat iudicium.
6 In cauſis in quibus proceditur ſummarie ſimpliciter ꝛc.ſufficit quo/
modocunq; probetur.
7 Adultus ſine autoritate curatoris non poteſt ſe immiſcere.
8 Minor etiā ſi ſint lapſe dilationes poteſt petere reſti.in integ.nu.10.
9 Vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta non attēdūtur ea que ſunt
de apicibus iuris.

❡ Conſilium.cxiiij.

❡ De quadā oblatiōe facta p aliquē qꝺ ſoluere volebat quibuſcūq;
creditoribus filij ſui an obliget eum quo ad creditores qui non erant
preſentes adeo quod etiā ſine excuſſione facta ɔ filiū poſſit conueniri
ſtante qꝺ in dicta cauſa procedatur ſola facti veritate inſpecta.

Domini redēptoris noſtri
invocato ſuffragio Viſo proceſſu cauſe vertentis inter
Bernardū ꝛ fratres filios quondam bononij alias di/
cto baſtone de pergamo ex parte vna agentes et magi
ſtrum Leonardum petri Franciſci de funo ex altera ſe
defendente mediantibus ſuis interceſſoribus viſiſq; allegationibus
ſeu conſilijs vtriuſq; partis in quibus hincide copioſe ꝛ eleganter al
legatum eſt breuiter puto concludendū partes iudicis eſſe in condem
nando dictuʒ magiſtrū Leonardū in quātitate petita qꝛ conſtat pꝰ in/
ſtrumentū publicum productū in actis qꝺ Bar.filius dicti magiſtri
Leonardi de anno.Mcccclxvj.confeſſus fuit ex cā ſocietatis ſe eſſe de
bitorem dicti Bononij in quantitate ducatorum.cclxxxiij.ꝛ ex alia pu
blica ſcriptura cōſtat qꝺ de anno.Mcccclxix.die.x.aprilis dictus ma
giſter Leonardus corā iudice pro tribunali ſedente dixit ꝛ obtulit ſe
paratum ſoluere ꝛ ſatiſfacere tam Franciſco Jacobi q̄ quibuſcunq;
alijs creditoribꝰ olim Bartholomei predicti filij dūmodo ipſe legiti
me oſtendat de iuribus eorū ꝛ hoc abſq; aliquibus exceptionibus de
bonis proprijs ipſiꝰ magiſtri Leonardi vt plenius in ſcriptura con
1 tinet que† quidē oblatio facta p dicta verba futuri tpis cōtinet pmiſ/
ſionem ptʒ in.d.l.pactū circa prin.ff.de pollicita.ibi dum tex.dicit of/
ferentis ſolius promiſſum ꝛc.ꝛ in.l.de pollicitationibus in verbo ob/
tulit.ff.de pollicita.facit.l.quidā.ff.de cōſti.pecu.nō enim refert an di
catur promitto an alia equipollentia verba proferant ex quibꝰ demē
te appareat inſti.de ver.ob.§.j.ver.ſed hec ſolennia.c.in his.ꝛ in.c.in/
2 telligentia.de ver.ſig.† ꝛ lʒ regulariter requirat preſentia alterius par
tis vel alicuius recipientis pro eo.l.conſenſu.in prin.ff.de act.ꝛ ob.cū
ibi no.ꝛ in.l.j.in ſi.de contrahen.emp.l.abſenti cū ibi no.ff.de dona.l.
ſi.ff.de interrog.ac.l.certū.§.ſi quis abſente.ff.de confeſ.cū ſi.tñ fallit
ī promiſſiōe facta incerte pſone que aliquid factura ſit pro implemē
to ɔctus qꝛ tūc neq; abſentia partis neq; interuallū impedit dictam
promiſſionē tranſire in ɔctum dūmodo anteq̄ huiuſmodi pmiſſio
ſic facta reuocet per promittentē cōpareat alia pars ꝛ acceptet huiuſ
modi pmiſſionē ſeu oblationē ꝛ admittere velit id qꝺ ſibi ī actu ex te
nore dicte promiſſionis.ſicut qñ ſit proclama ꝙ quicunq; vult emere
talem rē cōpareat in tali loco ad emendū infra tale tps ꝛ plus offerēti
dabitur.nam ſi quis infra illud tps cōpareat ꝛ offerat obligat ſtatim
ei ille qui proclamari fecit qꝛ proclamādo ꝙ plus offerēti dabit vide
tur ɔhere cū incerta pſona hoc eſt cū illo qui plus offert quo promit/
tēte ɔctus eſt pfectus ſicut qñ quis proijcit pecuniā populo vr̄ velle
donare occupanti.l.qua rōne.§.ſi.ff.de acqui.re.do.vel qñ qs hʒ rē p
derelicto.l.quod.ſeruus.ff.de ſtip.ſeruorū.ꝛ qñ quis icipit publice te
nere hoſpitium obligat ad hoſpitādū eum qui poſtea p plures dies
venit.l.j.ff.fur.aduer.nau.cau.ꝛ ſic nō reqrit ꝙ a principio interuene
rit pñtia illius pſone que poſtea comparet ꝛ acceptat ac adimplet.ita
in effectu inquit Bar.i.l.ſi tēpora.C.de ſi.inſtru.ꝛ iure haſte ſiſca.lib.
x.ꝛ in.l.licitatio.in pn.ff.de publica.quē alij doc.in dictis locis ſequū
tur ꝛ Bal.in.l.ſi.C.de cōdi.ob cāʒ.Sic fuit in propoſito dictus magi
3 ſter Leonardus† in iudicio.ꝛ ſic in loco publico in quo preſumit qꝺ
interſit multitudo hominum.l.in donationbus.ꝛ ibi no.C.de dona.l.
omniū.C.de teſta.obtulit velle ſatiſfacere non ſolū Franciſco Jacobi
ſed etiā quibuſcūq; alijs creditoribus dicti olim Bar.ſui filij ſine exce
ptione de proprijs bonis ipſiꝰ Leonardi dūmō oſtēderit ltīme de iu/
ribus ſuis.ꝛ ſic voluit obligari illis qui oſtenderēt de iuribus ſuis le/
gitime ꝛ pro parte filiorū ꝛ heredū dicti Bononij fuit etiā ante pro/
ductionē libelli productū corā iudice inſtrumētū debiti preſente pro/
curatore dicti magiſtri Leonardi vt pʒ ī actis ꝛ poſtea fuit productꝰ
libellꝰ ꝛ acceptata fuit dicta oblatio ſeu pmiſſio dicti Leonardi vt pʒ
ex inſpectione libelli non video quid repugnet quo minus ſit perfe/
ctus dictus ɔctus quē cum incerta perſona contrahere voluit dictus
magiſter Leonardus cū fuerit adimpletū pro pte filiorꝫ dicti Bono/
nij id qꝺ in ſua oblatione expreſſit dictꝰ magiſter Leonardus et qꝺ
p certo īprobe facere vr̄ magiſter Leonardus volēdo poſt dictā acce/
ptationē infringere id qꝺ ſua voce dilucide proteſtatus eſt.l.gñaliter
C.de nō nume.pecu.l.generaliter.§.ſi quidē.C. de rebus credi.c.p tuas
de proba.Accedit qꝛ ſumꝰ in cā in qua cā cognoſcēda ꝛ terminādā eſt
ſummarie ſimpliciter ꝛ de plano ſine ſtrepitu ꝛ figura iudicij ꝛ ſola fa/
cti veritate inſpecta pcedēdū vt pʒ ex tenore ſtatuti ſub rub.ī qbꝰ cau.
extraordi.procedat ꝛ ex tenore cōmiſſiōis apoſtolice pducte in actis
4 ꝛ in talibus† cauſis non ita attēdit et curatur preſentia partis ſicut in
alijs:vñ dicit ſingulariter Bar.in extrauaganti ad reprimēdū in ver/
bo figura iudicij ad ſi.qꝺ lʒ ſnīa lata pro abſente non citato non valeat
l.furioſo.ff.de re iudi.et no.in.l.queſitū co ti.et in.l.ea que ī gl.j.et qūo
et qñ iud.no.doc.in.c.cām.de iud.tñ fallit in dictis cauſis in quibꝰ pro
ceditur extraordinarie:vt.ſ.dixi ꝛ ita etiam dicit Pet.de anch.in.cle.
ſepe.de ver.ſig.❡ Nō obſtat ſi dicatur qꝺ non cōſtat qꝺ tēpore dicte
litis mortuus eſſet dictus Bononius ꝛ qꝺ nō cōſtat qꝺ dicti filij eiꝰ ſe
immiſcuerint hereditati paterne:quia rñdeo qꝺ cum cōſtet de morte
predicti Bononij vt etiā fatetur magiſter Leonardus in ſuis poſitio
nibus in poſitione icip.Item ꝙ poſt mortē dicti baſtoni ꝛc.etiā ſi ho/
5 die adiret hereditas ſufficeret:† qꝛ ius ſuperueniens actori ex cauſa
de preterito cōualidat iudiciū.l.ſi rem.§.ſi.ff.de pig.act.l.ſi mandaue/
ro tibi.ff.māda.ꝛ in propoſito not.Cy.ꝛ Bal.in.l.heres quādoq;.ff.
6 de acqui.here.❡ Preterea† ſumus in cauſa in qua procedit ſumma/
rie et ſine figura iudicij et ſola facti veritate inſpecta quo caſu ſuffi/
cit quomodocunq; probetur ꝛ conſtet actori deberi id qꝺ petitur etiā
ſi pbet deberi ex alia cā quā ex ea q̄ deducta eſt in libello ſeu petitione
vt cōſuluit Anto.de bu.in cōſilio incipiente Viſo dicto pūcto et Lu/
do.romanus in cōſi.xx.per ea que no.Joan.an.in addi Spec.in ti.de
actio.ꝛ peti.§.ſequit ſuper verſi.hoc quoq; ꝛ bene faciūt no.p Bart.
in.l.emilius largianus ad ſi.ff.de mino.ꝛ que no.per Anto.de but.in
c.ij.in prin.de iura.calum.cum ſimi.vñ etiā ſi non egiſſent tanq̄ here/
des bononij.et nūc oſtēderēt ſe eſſe heredes ſufficeret multo magis ī
caſu noſtro in quo egerūt tanq̄ heredes bononij poſito ꝙ tempore
inchoati iudicij nondum eſſent heredes.❡ Preterea Bernardus
adultus filius dicti bononij geſſit ſe pro herede patris:qꝛ die.xxv.mē
ſis Maij ratificauit oīa geſta per dictū ſer Euāgeliſtā de inſula q no
mine ipſius Bernadi tanq̄ heredis in iudicio produxit dictā petitio
nem contra dictum magiſtrum Leonardum.ꝛ ſic talis actus qui fieri
non potuit citra ius ꝛ nomen heredis induxit immixtionem heredita/
7 tis.l.p herede.§.pap.ꝛ.l.gerit.cū ibi no.ff.de acq.here.❡ Nec ob.† c.ꝺ
habebat adultus predictus curatorē ſine cuius autoritate non potuit
ſe immiſcere.l.cū quedā.C.de adminiſtrā.tuto.ꝛ not.in.l. potuit.C. de
iure delibe.iuncta.l.ſi curatorē habēs.C.de reſti.in integr.quia ad hec
reſpōdetur qꝺ ſi aliud nō apparet de datione curatoris dati Bernar
do quam ex teſtamento patris illud non obſtat:qꝛ in teſtamento non
poteſt dari curator.l.j.ff.de confir.tuto.l.curatorem.C.de neg.geſt.vn/
de potuit adire Bernardus ac ſi curatorem nō habuiſſet quo caſu per
ſe adire poteſt:vt no.glo.ꝛ doc.in.l.impuberibus.ff.de acquiren.here/
di.et probatur in.d.l.ſi curatorem habens.ꝛ no.Dy.Angel.ꝛ alij in
l.j.§.fuit queſitum poſt gloſ.ff.ad trebel.ꝛ vbi ea que geſta ſunt fuiſ/
ſent geſta etiam per perſonam minus legitimam non in fauorem mi/
8 noris poſſūt valere.in.l.non eo minus.C.de procu.tamen ad† caute/
lam poteſt adiri hereditas ꝛ talis aditio producatur.ꝛ ſi lapſe eſſent
dilationes poteſt peti reſtitutio in integrum ad probandum ratione
minoris etatis.l.minor vigintiquinq; annis obmiſſam. ff. de mino. c.
9 auditis.ꝛ ibi no.de reſtitutio.in integrum.❡ Non obſtat.† etiam ſi al
legetur de exceptione excuſſionis faciende prius contra heredes dicti
Bartholomei:quia reſpondetur ꝙ in cauſa predicta in qua ſola facti
veritate inſpecta proceditur non attenduntur ea que ſunt de apicibus
iuris:vt inquit Bald.in.l.clarum.in.j.columna. C. de autorita. pre/
ſtan.per.l. ſi fideiuſſor.§.quedam.ꝛ quod ibi no. ff.de manda.ſed iſta
exceptio quod prius interuenire debuerit aliud iudicium contra he/
redes Bartholomei q̄ intentaretur iſtud iudicium cōtra iſtum magi/
ſtruʒ Leonardū dicitur eſſe de apicibus iuris vt colligitur ex not. per
gl.valde no.in.l.ſi mācipiū.§.j.ff.de euictio.ꝛ ibi hoc ī terminis nr̄is

traditur per Bal. in apoſtillis ſuis. ¶ Preterea dict⁹ magiſter Leonardus obtulit ſe ſoluturū abſqꝫ exceptione ꝛ papa etiā mādat quod debitores dictorum heredum bonon̄ cogātur ad ſoluendū omni mora ꝛ exceptione ceſſante ꝛ reiectis dilationibus moratorijs que verba importāt vt papa intelligatur derogaſſe exceptionibus dilatorijs: vt no. voluit Hoſti. Jo. an. ꝛ cōiter canoniſte in. c. ex parte. el. ij. de officio deleg. qꝛ ille cenſentur eſſe modici preiudicij. arg. l. quot. C. de precibus imperatori offe. ſed illa exceptio excuſſionis eſt dilatoria: vt no. Cy. poſt antiquos in auten. preſente. in. viij. q. C. de fideiuſ. ꝛ in. l. exceptionem. et ibi etiam Bal. in. vj. col. C. de probatio. ꝛ Bart. in. l. exceptionem. ff. de exceptio. ꝛ Ange. in. d. l. ſi mancipium. §. j. ff. de euictio.
10 ¶ Poſſent † etiam agentes ſi volunt talē excuſſionē facere pendente iſto iudicio vt per Bal. in. l. cū teſtamento. C. de teſta. manu. ꝛ in aut. cōtra rogatus in fi. C. ad trebel. ꝛ in. l. j. C. de reuocan. his que in frau. credi. ꝛ Ange. in. l. decem. ff. de verb. oblig. ꝛ in. §. ſed neqꝫ in auten. de fideiuſ. cum ſimi. facit. d. l. ſi rem. §. fin. ꝛ vbi oporteret etiā poſſet reſtitui in integrum actor ad faciendā dictā excuſſionem per ea que habentur in. d. l. minor. xxv. annis. ſed non eſt neceſſarium per predicta ꝛ qđ dictus Leonardus voluit tranſactionē facere per quā videt facere debituꝫ. l. qm̄. ff. de his qui no. infa. poſſet actor petere in hoc iudicio incidenter per reſtitutionē in integrum vt pronuntietur haberi pro trāſacto eo modo quo voluit dictus magiſter Leonardus trāſigere prout deponunt teſtes tex. eſt valde no. cum glo. ꝛ ibi Bar. in. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de mino. ſed iſtud nō eſt neceſſarium qꝛ per dictam oblationē factā per dictum magiſtrū Leonardum die. x. Aprilis eſt fundata intentio agentium ꝛ per hoc patet non obſtare ea que in conſilijs aduerſe partis tanguntur quia illa non concernūt fundamenta que ſupra deducta ſunt ꝛ maxime ea que traduntur p Bar. in. d. l. ſi tēpora. ꝛ in. d. l. licitatio. ex quibus cōcludo dictum magiſtrum Leonardum eſſe condemnandum: vt. ſ.

¶ Summarium ſuper conſilio. cxv.

1 ☞ Statutū loquens in fideiuſſore habet etiam locū in correo principaliter obligato. nu. 2.
4 In deciſionibus debet ſeruari ſtatutum loci contractus.
5 A pari procedunt forum ſortiri. ꝛ ſtatutis ligari.
6 Quando ſtatutum prohibet qꝛ vxor non poſſit donare viro habeat locum in ea vxore que ſtat extra territorium ſtatuentium.
7 Statutum poteſt ſubditum ligare etiam extra territorium.
8 An per ſtatutum ciuitatis poſſit fieri prohibitio alienationis.
9 Uerba lombardus ſiue de lombardia denotāt ipſam originem.
10 Statutum concedens repreſalias contra peruſinos intelligitur cōtra peruſinos origine.
11 Statuto probitorio ꝛ penali non poteſt renuntiari.
12 Renūtiatio nō extēdit ad beneficium qꝛ tūc tpe ꝫctus nō cōpetebat.
13 Clauſula motu ꝓprio ꝛ ex certa ſcientia: tollit oē vitiū ſubreptionis.

¶ Conſilium. cxv.

¶ An agenti hypothecaria cōtra ſingularem ſucceſſorem debitoris ſufficiat probare de poſſeſſione debitoris.

Domini redemptoris noſtri inuocato ſuffragio. Uiſo proceſſu cauſe vertentis inter dñam Dariā ex parte vna agentē ꝛ Gaſparē ſer Juliani de ceſena reū cōuētū: ex altera ſentio partes iudicis eſſe in abſoluendo dictū Gaſparē a petitis pſertim ex īfra ſcriptis: qꝛ ſiue dicam⁹ dictā dñaꝫ Dariā intētaſſe hypothecariā ſiue intētaſſe ſaluianū interdictū nō ꝓbauit ſibi incūbētia vt oſtēdā. ꝛ ſic ſumus in regula qꝛ actore non probante reus dꝫ abſolui. l. qui accuſare. C. de eden. c. ſi. de iureiurā. nā in hypothecaria oportebat qꝛ ipſa agens probaret debitorē id eſt Dñicum quondā eius maritū tpe quo bona ſua obligauit dicte domine Darie pro reſtitutiōe dotiū ſuarū vel poſthabuiſſe dominiū vel quaſi huius vinee ad quā agitur cōtra Gaſparē predictū poſſeſſorem vinee predicte. l. ꝛ que nondum. §. qđ dicitur ꝛ. l. ſi ab eo. ff. de pigno. ꝛ no. in. §. item ſeruiana inſti. de actio. ꝛ gloſ. in. l. j. C. de ſaluia. interdic. ꝛ in. §. illud. ꝛ in aut. de trien. ꝛ ſemiſ. ꝛ gloſ. ꝛ Bart. plenius. in l. rē alienam. ff. de pig. ac. ꝛ Bar. ꝛ alij in. l. cū res. C. ſi res alie. pigno. da. ſit ꝛ attento qꝛ agitur cōtra dictū Gaſparem poſſidentē dictam vineam cum titulo oneroſo partim immediate habito a dicto dñico et partim mediate vt conſtat ex inſtrumentis mihi exhibitis ideo ad ꝓbandū dictū dñicū habuiſſe dñium prout requirebat probari ex parte agētis nō ſufficit probari qđ dictus Dominicus poſſiderit dictā vineam tpe quo dictam dotē recepit aut recepiſſe cōfeſſus fuit vel poſt ꝛ plene probat ꝛ firmat Jaco. de are. Cy. Ray. Bar. ꝛ Ang. in. d. l. cū res ꝛ Barto. plenius in. d. l. rem alienā. per. l. apud celſum. §. de autoris. ff. de doli. ex. ꝛ. l. an victū. ff. de diuer. ꝛ temp. preſcrip. lꝫ inter predictos doc. fuerit aliqua dīa qñ reus cōuētus habuiſſet titulū lucratiuum a debitore qui rē obligauerat agenti hypothecaria quo caſu Cy. et Barto. in. d. l. cum res. ꝛ quidā alij voluerunt qđ ſufficeret probare debitorem poſſediſſe ſed ipſemet Bart. in. d. l. rē alienā. tenuit ꝫriū q̄ diſputatio hic nō eſt neceſſaria attēto qđ re⁹ hꝫ titulū oneroſum q̄ caſu cōis opi. eſſe vr̄ qđ debeat ꝓbari de dñio vel quaſi debitoris. ꝛ ſſe qđ ſaltem debitor poſſederit dictā rē cum bona fide ꝛ cū titulo habili ad tranſlationeꝫ dñij. ꝛ ita etiā tꝫ Ang. i. l. ij. ff. de publicia. ſuper gl. i verbo a nō dño vbi ex notatis ibi per gl. colligit qđ nō ſequit emo rē a te ergo cōſtitor eſſe tuā vñ dicit Ang. ſi modo cōuenior hypothecaria per creditorem potero negare rem fuiſſe tuam licet habeam a te cauſaꝫ ꝛ hoc dicit ſe de facto plures practicaſſe. ꝛ p hoc etiā allegat no. per Cy. in. d. l. cū res ꝛ ideo decipit Salt. in. d. l. cū res q conādo tenere ꝫ cōem opi. ſe fundabat in hoc qꝛ reus conuent⁹ habens titulū a debitore videt fateri debitorē fuiſſe dñm ꝛ certe hoc nō probat Sali. in re. Aut dicimus qꝛ dicta dña egerit vtili ſaluiano interdicto quo caſu videretur quod ſufficeret probare qꝛ dictus debitor ſuus poſſediſſet per. l. j. ff. de ſaluiano interdi. ꝛ per no. in. l. j. C. eo. titu.

¶ Conſilium. cxvj.

¶ Statutum quod poſſit inualidare cōtractum factum per ſubditū extra territorium. qđ verbum lombardus ſeu de lombardia denotet originem. Et quid operetur clauſula motu proprio ꝛ ex certa ſcientia in confirmatione ſtatutorum.

Redemptoris eiuſqꝫ glorioſe matris ſemper virginis nominibus pro ſuffragio inuocatis. ¶ Uiſis q̄ ſubtiliter ꝛ accumulate ſcripta ſunt per preſtantiſſimum dominum tam in primis dubitationibus q̄ in poſtremis eidem: poſt redditum vt inquit cōſilium exhibitis in eius ſententia paucis agens perſiſto Motus principaliter ex virtute tam late confirmationis ſtatutorum caſtri Bologneſij. a
1 ſuperioribus emanate prout † quidem neceſſarie videbat. l. ſi qꝛ extraordinariū: ꝛ ibi Bar. C. de legatio. li. x. ꝛ. l. cum oēs cū ibi no. p doc. de cōſti. ꝛ Guil. de cun. Bar. ꝛ Bal. in. l. oēs populi. ff. de iuſti. ꝛ iure. i. j. q. prin. ꝛ Inn. in. c. cū. p. de fide inſtru. ꝛ Pet. de anch. plene i. c. j. de cōſti. in repeti. maxime in. ix. q. ꝛ Bal. in ti. de pace conſtan. in verbo i cauſis ꝛ. l. ſi. C. de iuſdi. om. iu. ꝛ Ang. in. l. j. in prin. ff. ſi quis ius di. ꝛ faciunt no. per glo. in. c. ij. in verbo ſtatutū. de ver. ſigni. li. vj. cū ſi. ꝛ trahitur etiam ad ꝓterita in dubio non deducta vt opportune tactū eſt p dñꝫ cōſulentē. ¶ Nec obſtat quod preallegatū ſtatutū loquat i fideiuſſore ꝛ iſte ſit obligatus vt principalis qꝛ reſpondeo ex his † q̄ dixit
2 Jo. an. in addi. Spec. in ti. de ceſſio. actio. §. ſi. in addi. diſputauit Albertus Odof. qōnem ꝛc. vbi poſt Albertum ꝓdictū cōcludit qđ ſtatutum loquēs in fideiuſſore habeat etiā locū in correo principaliter obligato qꝛ vident correi viciſſim fideiubere quatenus pecunia ad ſe non ꝑuenit allegat tex. in aut. de duo reis. §. colla. vij. ꝛ. l. ſi pro parte. §. ſi. ff. de in rem verſo. ꝛ. l. ſed ꝛ iul. §. j. ff. ad macedo. bene facit qđ voluit
3 gl. ꝑo. in aut. de fideiuſſo. in prin. ¶ † Nec etiam vr̄ obſtare id qđ plurimum videt in hac cōcluſione animaduertendū. ſ. qꝛ dictus contract⁹ fuerit celebratus extra territorium dicti caſtri Bologneſij. nam per hoc videretur dicendū ſtatutum nō potuiſſe inualidare dictū contractum vt i ſpecie videtur velle Jac. but. in autē. item nulla cōitas i ſi. C. de epiſ. ꝛ cleri. vbi inquit qꝛ ſi quis bannitus eſt de ciuitate bononie et ꝓm ſtatuta illius ciuitatis nō poteſt teſtari vel contrahere non p hoc impedietur cōtrahere vel teſtari mutine qꝛ ſtatutum extra territoriuꝫ non extendit. c. vt animarū. §. j. de cōſti. in. vj. c. a nobis. de ſen. exc. l. ſi. ff. de iuriſdi. om. iud. l. cū vnus. §. pe. ff. de bo. aut. iudi. poſſi. ¶ Pro
4 hoc † etiā facere videtur cōis concluſio que hꝫ qđ in deciſorijs debet attendi ꝛ ſeruari ſtatutū loci contractus. l. ſi fundus. ff. de euic. l. j. in ꝑn. ff. de vſufruc. no. gl. in cle. j. in verbo oīmodā. de foro compe. nō aūt locus iudicij. vt ibi ꝛ no. Jaco. de are. Cy. ꝛ alij in. l. j. in. ij. q. poſt glo. C. que ſit lon. cōſue. ꝛ Ja. de bel. in. l. j. C. de emancipa. li. Cy. Ray. Bar. ꝛ alij in. l. cunctos populos. C. de ſumma tri. ꝛ ſi. catho. ꝛ Spe. ꝛ Joā. an. in ti. de ferijs. §. j. verſi. ſed pone. Joā. cal. in diſpu. ſua inci. ſtatuto ciuitatis cauetur qꝛ ab actore ꝛc. cano. cōmuniter in. c. qꝛ clericis. de foro compet. ꝛ in. c. j. de cōſtitu. no. in. l. j. in. iiij. q. C. ne ſil. pro pat. ꝛ in. l. receptitia. C. de cōſti. pecu. ꝛ in. l. j. C. de execu. rei iu. ꝛ inſti. de iure na
5 tu. in. §. ius ciuile. ¶ Quippe † ſi predicta rōne conſiderant nō habēt obſtare ꝛ veritas eſt in contrariū qđ oſtenditur. nā prefatus lombardus erat ſubditus rōne domicilij in caſtro Bologneſio. ꝛ ibi ſortiebatur forum. l. ſi fideicōmiſ. §. pe. ff. de iudi. c. ſi. de foro compe. ꝛ per cōſequens ligabatur ſtatutis illius loci qꝛ a pari procedunt forū ſortiri ꝛ ſtatutis ligari vt no. glo. viij. diſ. que contra morem in verbo peregrini. ꝛ. xij. diſ. illud in verbo mere ꝛ doc. in rub. de conſue. ꝛ Jo. cal. in diſpu. ſua incip. quidā florentinus alias incipit ſtatuto ciuitatis cauetur qđ ſi ab actore ꝛc. ꝛ cano. in. c. qꝛ clericis. de foro cōpet. cum ſi. ſed ita eſt qđ ſtatuentes poſſunt condere ſtatutū ligando ſubditum etiam quo ad ea que geruntur extra territoriū ſi hoc exprimatur in ſtatuto prout fuit expreſſum in caſu noſtro. tex. eſt in. l. ſi. ff. de decr. ab ordi. faci. ꝛ in l. ij. ꝛ ibi Bar. C. de eunu. l. mercatores. ꝛ ibi Bal. ꝛ. l. non ſolum. C. de cōmer. ꝛ merca. firmat in ſpē Bart. in repeti. l. cunctos populos. C. de ſumma tri. in. viij. q. circa finē illius. q. ꝛ Bal. in. l. ſi quis in hoc genus C. de epiſ. ꝛ cler. ꝛ in. l. neganda in. vij. col. in verſi. per primū membrū ꝛc. C. q accuſa. ꝛ in. l. ſi. in. ij. ꝛ. iij. q. C. de iuriſdi. om. iudi. ꝛ Ange. in diſputatione ſua incip. Bononienſis ſue ciuitatis bannitus. ꝛ in repeti. l. ſi vacantia



l. ſi vacātia. C. de bo. vac. li. x. i. v. char. poſt Cy. in diſpu. inci. rector ciuitatis Senarū. ꝛ Pet. de anch. in. c. poſtulaſti. in. iij. op. de fo. cōpe. ꝛ cano. in. d. c. vt animarū. ꝛ in cle. paſtoralis. de re iudi. ꝛ Fed. de ſeñ.
6 in conſi. ij. incip. ſtatuto cauetur qꝛ quicunqꝫ luſerit ꝛc. ¶ † Cōfirmat ex his que decidit Barto. in preal leg. l. cunctos populos. in. vj. q. vbi vult qꝛ ſtatutū prohibitiuū puta qꝛ vxor nō poſſit donare vel legare viro qꝛ quidē fuit introductū ob caſum fauorabilē. ſ. ne mutuo amore ſe ſpoliarent. l. j. ff. de dona. inter virū. habet locū etiā in ea vxore q̄ exiſtens extra territorium ſtatuentiū donauit viro ſicut dicit in eo cui bonis eſt interdictū. l. iulianus. ff. de cura furio. ꝛ in. l. is cui bonis. ff. de verb. obl. ꝛ hāc deciſionē ſequit Sali. in prealle. l. cūctos populos. niſi talis ſubditus ſtatuentibus mutaſſet domiciliū ſuū ꝛ illud trāſtuliſſet de loco ſtatuentibus ſubdito ad aliū locū in quo ſilis prohibitio nō eſſet ꝛ ita dicit ſe cōſuluiſſe apud regiū ꝛ illi cōſilio ſe ſubſcripſerūt do. Car. ꝛ Jo. de ligna. ꝛ idē tꝫ Flo. de bononia in ꝓalle. l. cūctos. bal. vero in. xij. col. dicit ſe hoc non firmare addēs qꝛ ſimile allegatum per Bar. de interdictione bonorū nō vr̄ bonū ſimile qꝛ interdictio bonis eſt de iure cōi ꝛ prohibitio dicti ſtatuti eſt ꝫ ius cōe. vñ Pet. de anch. in repe. c. canonū ſtatuta. de cōſti. in. xij. q. principali refert qꝛ profunde ſciētie vir dñs zacharias de triuiſano de venetijs vtriuſqꝫ iur. doc. diſputauit. q. iſtam ſub iſtis terminis vcꝫ Triuiſane ciuitatis cenſura diſponit qꝛ nulla mulier maritata poſſit vel debeat aliquem cōtractū facere ſine duorū primorum cōſilio. contigit qꝛ quedam mulier maritata ibidem cōtraxit venetijs ſuorū ꝓximorū conſilio nō reqſito querebatur vtrū dictū ſtatutum ligaret ſubditū morā trahētē extra territoriū ꝛ arguebat qꝛ ſic qꝛ poteſtas ſtatuendi inter ſubditos nō artat territorio. c. tue. ꝛ. c. ſi. de cleri. nō reſi. ꝛ. d. l. mercatores. cū ſi. Scđo qꝛ interdictio bonis ligat vbiqꝫ. l. relegator. §. iterdicere. ff. de interdi. ꝛ relega. itē ſuſpenſus ab officio vel excōicatus. iiij. q. v. quiſqs. l. ex ea. ff. de poſtu. ꝛ Arc. vij. q. j. ſi quis preſbyter. itē qꝛ ſñia q̄ afficit perſonā vbiqꝫ vim ſuā extendit. c. ſi. de foro cōpe. ꝛ. l. j. C. vbi de cri. agi opor. ergo ſimiliter ꝛ fortius hoc pōt ſtatutū in quo tacit⁹ vel expreſſus cōſenſus populi adeſſe preſumit. l. de qbus. ff. de leg. l. qꝛ maior. ff. ad munici. Itē conſtitutio pape ꝛ imperatoris ligat ſubditos vbicunqꝫ ſe conferāt. c. ſi. de cōſti. l. leges ſacratiſſime. C. de legi. idē ergo eſſe dꝫ in ſtatuto quo ad ſubditos ſtatuentibus. Ad idē allegat deciſionem Cy. in d. q. incip. rector ciuitatis Senarū. ꝛ qꝛ no. Inno. in. c. a nobis. el. j. de ſentē excō. ꝛ no. p Bar. in. d. l. cūctos. in. vj. q. finaliter decidit verā eſſe ſñiam Bar. qđ liget ſubdit⁹ ꝫhens extra territoriū ꝛ ꝫctus ſit null⁹ ſi ille in cuius fauorē tēdebat dict⁹ ꝫctus erat ſubditus vel ſi nō erat ſubditus ſaltē habebat ſcientiam dicti ſtatuti ꝛ iſtā deciſionem ſequit Pet. de anch. in prealleg. c. canonum ſtatuta. ſed ita eſt qꝛ dictus Lombardus in cuius fauorē tēdebat dictus ꝫctus erat ſubdit⁹ ratione domicilij. Itē ēt preſumebat habere ſcientiā dicti ſtatuti ꝓpter cōuerſationē ꝛ morā quā in loco ꝫxit: vt no. Bar. i. d. l. cūctos. in. ij. q. ꝛ Bal. in. l. leges ſacratiſſime. C. de legi. ꝛ Cano. in. c. ij. de cōſtit. facit tex. in. c. quoſdā. ꝛ. c. ꝙto. de preſum. ꝛ. c. poſtqꝫ. de elec. ꝛ no. Bald. in. d. l. oēs populi. ꝛ qđ valeat ſtatutū predictū ēt quo ad hoc vt annullet cōtractus celebratus a ſubdito cū alio ſubdito ſtatuētibus lꝫ ꝫctus fiat extra territoriū tenuit Bal. in aliquibus lec. in. l. ſi. ff. de iuriſ. om. iud. vt refert Pe. de anch. in prealle. c. canonum. in. xij. q. ¶ Ad deciſionem
7 Jaco. bu. † ꝛ Bal. in aut. itē nulla cōitas. de epiſ. ꝛ cle. allegatā in ꝫriū reſpondeo qꝛ ibi ſtatuto cauebatur qꝛ bannitus non poſſit ꝫhere extra territoriū vñ in dubio intelligit ſe reſtrinxiſſe ad territoriū. d. c. vt animarū. cū ſi. ſecus in caſu noſtro in quo ſtatutū voluit ſubditum ligare etiā extra territoriū qꝛ facere potuit prealle. l. ſi. ff. de decre. ab ordi. faci. ꝛ not. Bar. in. d. l. cūctos. in. viij. q. cū cōcord. ſupius alle. ꝛ eodē mō rñdeo ad id qđ hꝫ qđ in deciſorijs dꝫ ſeruari loc⁹ ꝫctus vel delicti: vt expreſſe decidit Barto. ꝛ oēs in locis. ſ. alleg. ¶ Poſſet etiam reſponderi ad not. p Jac. bu. in. d. aut. itē nulla. qđ ibi loquit in diſpoſitione ꝛ ꝓhibitione odioſa inducta principaliter in odiū bāniti q eſt odioſa perſona ꝛ hoſtis ciuitatis amiſſione. §. q deficiūt. ff. de capi. di. l. iij. §. tranſfugas. ff. de ſica. quo caſu talis ꝓhibitio nō extendit vltra territorium. l. ex ea. ff. de poſtu. ꝛ no. Bal. in prealleg. l. cūctos. in. vj. q. cū concor. ſ. alleg. Sed ꝓhibitio de quo in ſtatuto noſtro eſt fauorabilis inducta in fauorem ꝛ vtilitatem ciuiū ſeu hominū ibi oriūdorum ꝛ
8 perpetuo habitantiū ſicut † dicimus in ſtatuto prohibente qđ in non ſubiectū nō poſſit res immobilis alienari iuxta no. p Bart. in. l. filiuſfa. §. diui. ff. de leg. j. in verſi. quero an per ſtatututum ciuitatis poſſit fieri ꝓhibitio alienationis ꝛc. ꝛ in. l. ſi. C. de ſac. ſan. eccle. ꝛ in. l. dudum C. de ꝫhen. emp. ꝛ ſic dicim⁹ in ſtatutis inductis ne vn⁹ efficiat ditior: puta forēſis pro quo fideiubet ꝛ alius pauperior prout in caſu noſtro no. Bar. in. l. ſi qs pro eo. in ver. x. ꝓhibet. in fin. ff. de fideiuſ. nā ꝓm eū tales leges vel ſtatuta dicūtur itroducta ad vtilitatē corꝫ q perpetuo ſubditi ſunt ꝛ nō in odiū alicuius. nam nō pōt dici qꝛ iſtud ſtatutum principaliter ſit inductū in odiū lōbardorū habētiū domicilia in caſtro Bologneſio put eſt iſte de quo agitur qꝛ tales nō dicunt pſone odioſe imo dicunt ſubditi ꝛ de populo caſtri Bologneſij. vt in aut. de q̄ſtore. in prin. quē tex. dicit Bal. ad hoc alibi nō reperiri. vt ipſe not.
9 in. c. j. de for. fide. ¶ † Minus etiā hꝫ obſtare ſi diceret qꝛ dictus Lombardus habet domicilium in caſtro Bologneſio ꝛ non in lombardia ꝛ ſic merito non debet dici lombard⁹ nec includi ſub dicta reformatione quia rñdet qꝛ dicta verba lombardus ſiue de lombardia denotant ipſam originem. l. ſed ꝛ reprobari in verbo comaneus. cum gloſſ. ꝛ ibi hoc expreſſe no. Bald. ff. de excu. tut. ꝛ in. l. j. in verbo eiuſdē ꝓuincie. ꝛ ibi hoc no. Bal. ff. de tuto. ꝛ cur. da. ab his. ꝛ gl. lxxxv. di. in. c. florentinum. in gl. j. ꝛ no. Bar. in. l. j. in vlti. col. ff. ad muni. ꝛ in. l. prouinciales. ff. de verb. ſig. ꝛ in rub. ff. ſol. mat. ꝛ Bal. in. l. ſiue poſſidetis. C. de proba. in. iij. col. vbi dicit qꝛ ſi ſtatutum diſponit qꝛ florentini habeā
10 tur pro peruſinis de proprio ſignificato denotat originem: ideꝫ † dicit Bal. in aut. ꝛ ideo. in. viij. col. C. ne vxor pro mari. dicit qꝛ ſtatutū cōcedēs repreſalias contra peruſinos intelligit ꝫ peruſinos origine qꝛ illud adiectiuum abſolute poſitū denotat originē ꝛ naturam tam de iure q̄ ex communi vſu loquēdi. allegat. d. l. j. in ſi. ff. de tu. ꝛ cur. da. ab
11 his. ¶ † Et pariter non obſtat qꝛ fideiuſſor renunciauerit oībus ſtatutis ꝛc. qꝛ reſpondeo quod dicto ſtatuto cum ſit prohibitorium ꝛ penale non potuit renunciari. vt not. gloſſ. in. l. ij. C. ne fideiuſſor. do. dē. ꝛ ibi Bar. vbi hoc in terminis deciditur. ꝛ idem no. glo. ꝛ ibi expreſſius Bal. in. l. liberorū. C. de teſti. ꝛ Bar. in. l. de his. ff. de tranſ. ꝛ ita tene qñ lex vel ſtatutū annullat actum ipſo iure qꝛ tali legi vel ſtatuto non poteſt renunciari. vt no. Cy. Jac. ꝛ Bal. in aut. ſi qua. ad velleia. in. l. antique. §. ſi. eo. ti. ꝛ in. l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſcop. ꝛ cle. et in l. penul. C. de pac. ꝛ in. l. j. in penul. col. C. qui bo. cede. poſ. ſed in propoſito dictum ſtatutum dicitur annullare ipſo iure dictā fideiuſſionem dum dicit ſint nulla caſſa ꝛ vana: que verba important idem qđ ipſo iure. vt no. Bal. in. l. non dubiū. in. vj. not. per illum tex. C. de leg. ꝛ Bal. in ti. de pace conſtā. in verbo irritum deducunt p illum text. et
12 gl. in. c. dilectus. el. ij. de prebē. ¶ † Preterea dicta renūciatio nō extenditur ad hoc beneficium qꝛ tunc tempore ꝫctus non competebat qꝛ illo tempore nō erat confirmatum ſtatutum ꝛ ſic non erat in eſſe validum. l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub cōditiōe. ff. de leg. ij. no. i. l. j. C. de pac. et in ſpecie Bal. in. l. ſi diuiſa. C. loca. facit. l. cū ſtipulamur. ꝛ. l. ſi a colo
13 no. de ver. obli. ꝛ. l. ſi ita. cum ibi no. ff. de auro ꝛ argen. leg. ¶ † Similiter non obſtat ꝛ vltimo ſi dicatur qꝛ illa confirmatio ſtatutorū ꝛ oīm reformationū generaliter facta dꝫ intelligi tm̄ de iuſtis ſtatutis ꝛ nō factis in preiudicium iuris alteri iam queſiti prout alibi dicūt docto. qꝛ rñdetur qꝛ clauſula motu proprio ꝛ clauſula ex certa ſcientia tollūt omne vitium ſubreptionis adeo qꝛ allegari non poteſt quod ſtatuentium intentio fuerit ſolum comprehendere ſtatuta iuſta ꝛ non iniuſta de quibus non habebant ſcientiam. c. ſi motu proprio. de prebē. in. vi. no. docto. in. c. pe. de confir. vti. vel inuti. ꝛ in. c. examinata. eo. ti. ꝛ Barto. in. l. conficiuntur. ff. de iure codi. ꝛ Barto. in. l. ſed ꝛ ſi quis. §. fin. in vltimis verbis per illū tex. ff. ſi quis cautio. ꝛ in. l. ſi clari. ff. de ver. ob. ꝛ in. l. mater. in. iij. col. C. de rei vendi. ſed iſta verba appoſita ſunt in cōfirmatione predicta vt motu proprio ꝛ ex certa ſcientia ꝛc. predictum ſtatutum cenſetur iuſtum ꝛ fauorabile. vt deduxi. ſ. igitur ꝛc.

¶ Summarium ſuper conſilio. cxvij.

1 ☞ An dotes date p prēꝫ filie nupte ꝫputent ei i ltimā. ꝛ n. 4. 10. 19.
2 Debet attendi tp̄s cōpoſitionis ſtatuti non tempus confirmationis.
3 Statuta debent per ſubdiſtinctionem concordari. ꝛ nu. 12.
5 Quando auus teneatur dotare filias. ꝛ nu. 6. ꝛ. 7.
8 Quando nepos ſuccedat auo ex linea materna dicit ſuccedere ex perſona propria non ex perſona matris.
9 Statutum dꝫ interpretari vt q̄tominus fieri poſſit ledat ius cōe.
13 Multis modis poteſt contingere tractari abinteſtato.
14 A pari procedunt filios non extare vel extare ꝛ non ſuccedere.
15 Qui admittitur vel admitti ſperatur ad partem facit partem.
16 Aduerſatiua bene operatur quod illud quod ſequitur debeat intelligi de eodem genere.
17 Quomodo ꝛ in quibus bonis tradenda ſit portio legitime.
ſed cum teſtator.⁊ hanc partem etiaʒ tenẽt plerique alibi.ſed iſtud ad
preſentẽ ſpeculationem nõ pertinet ⁊ eſt notabilis articulus ⁊ pau-
cis non bene expediendus.omitto igitur propter impertinentiam ⁊
17 breuitatẽ.¶ † Preterea poſito quod nõ potuiſſet prohiberi detra-
ctio trebellianice aut nõ fuiſſet prohibita per teſtatorẽ cuius tamen
cõtrarium teneo eſſe verum: vt dixi.tamen conſtat quod omnes fru-
ctus quos dictus Simon percepiſſet ex hereditate Antonij vſq; in
diem mortis ipſius Simonis ſunt computãdi dicto Simoni ⁊ eius
filialibus heredibus eiuſdẽ in quartam trebellianicã.l.in fideicom-
miſſaria.in princi.⁊ ibi plene notatur.⁊ in.l.mulier.§.ſi heres.ff.ad
trebel.attẽto quod vt dixi Simon nõ erat de liberis primi gradus
id eſt nõ erat filius dicti Antonij ſed nepos ⁊ ſic nõ habet obſtare
l.iubemus.C.ad trebel.¶ Per p̃dicta apparet nõ oportere ingre-
di illum articulum an per non confectionem inuentarij dictus Si
mõ ⁊ eius heres perdat facultatem detrahẽdi quartam trebelliani-
cam in quo fuerunt opiniones.ſed illa diſputatio poſſet eſſe vtilis ſi
detractio trebellianice nõ eſſet prohibita ſeu caſu quo non procede-
18 rent ſuperius dicta.¶ † Uenio ad quartam dubitationem videlicet
an illa ſubſtitutio facta per Antoniũ Simoni vitietur mortuo Si-
mone poſt pupillarem etatem attento quod teſtator videtur voluiſſe
illam ſubſtitutionẽ eſſe directam etiaʒ poſt tempora pupillaris eta-
tis vt ſonant illa verba: ſcilicet directo iure ſuccedant.⁊ in hoc breui-
ter reſpõdeo quod per hoc non vitiat dicta ſubſtitutio maxime pro-
pter clauſulam codicillarem in dicto teſtamẽto inſertã propter quã
cõmuniter concluditur quod vbi al's ſubſtitutio facta per verba di-
recta nõ poſſet trahi ad fideicommiſſum tamen propter ipſam clau
ſulam codicillarem trahetur per.l.ſi frater tuus.C.de fideicommiſ.
⁊ p nota.per glo.in.§.maſculo.inſtit.de pupillari ſubſtitu.et firmat
Bal.in dicta.l.verbis ciuilibus.⁊ dicit Angel.⁊ Joan.de imola ibi
hoc fuiſſe nouum dictum Bald.ibi: ⁊ idem bene ſentit Bart.in.l.j.
in.xvj.queſtione.ff.de iure codicil.hoc etiam ſequitur Ange.⁊ Joã.
de imo.in.l.in pupillari.de vulg.⁊ pupilla.⁊ Angel.in.l.j.ff.de iure
codicil.⁊ Joã.de imo.in dicto.c.raynutius.in materia compendioſe
ſubſtitutionis.⁊ Ang.⁊ Raphael Fulgoſius in.l.precib⁹.C.de im-
pube.⁊ alijs ſubſti.⁊ Ange.⁊ Joan.de imo.in.l.centurio.p̃allegata.
⁊ Rapha.⁊ Paul⁹ de caſtro ĩ dicta.l.verbis ciuilib⁹.¶ Preter-
ea dicta ſubſtitutio non fuit vna ſed multiplex: ſcilicet vna infra pu-
pillarem etatem: alia poſt qꝛ dixit teſtator ſi quis eoruʒ Simonis ⁊
Colãtonij in pupillari etate deceſſerit vel poſtea quandocunq; ſine
filijs maſculis ſuperſtes directo iure ſuccedit: vt not.glo.magna in
fine in.l.p̃cibus.ſuperius allegata.⁊ Barto.⁊ omnes in dicta.l.cen-
19 turio.quo † caſu videtur iudicãdum de illa ſubſtitutione ſecunda ac
ſi facta eſſet puberi per verba directa quo caſu trahitur ad fideicõ-
miſſum.vt not.gl.in preallegata.l.verbis.⁊ ita voluit Ang.in dicta
l.in pupillari.⁊ in dicta.l.p̃cibus.tñ magis adhereo prime rñſioni.
¶ Nunc eſt videndũ quid de bonis que obueniſſent prefato Simo
ni ex teſtamẽto dicti Honofrij per dictos Simonem ⁊ Colantoniũ
vniuerſales heredes inſtituit ac eos inuicem ſubſtituit prout ſubſti
20 tuti fuerãt in teſtamento prefati Antonij et quia † ex teſtamento di-
cti Honofrij patrui dicti Simonis nec etiam extra teſtamẽtum de-
hebat dicto Simoni aliqua legitima ĩ bonis ⁊ hereditate dicti Ho-
nofrij iuxta.l.fratres.⁊.l.fratris.C.de ĩoffi.teſtamẽ.⁊.l.j.ff.de inoffic.
teſtamẽ.ideo nullam legitimam de bonis proprijs Honofrij dedu
cere poſſunt dicte filie Simonis ex perſona Simonis: nec etiam de-
ducere poſſunt trebellianicam hijſdem rationibus quibus dixi ceſſa
re trebellianicam in teſtamẽto Antonij quia cum Honofrius dicat
ſe ſubſtituere prout ⁊ ſicut dicti Simon ⁊ Colãtonius ſubſtituti fue-
runt in teſtamẽto Antonij perinde eſt ac ſi illemet prohibitiones et
qualitates expreſſe in teſtamẽto Antonij fuiſſent expreſſe in teſtamẽ-
to Honofrij.l.ſi ita ſcripſero.ff.de cõdi.⁊ demõſtra.⁊.l.inſtitutio ta-
lis.ff.de cõdi.inſti.l.aſſe toto.ff.de heredi.inſtitu.l.edita.in ver.put.
21 cũ ibi nota.C.de eden.¶ † Nec dicatur quod dicta ſubſtitutio fidei-
commiſſaria comprehẽſa in teſtamento Honofrij euanuerit atten-
to quod dictus Simon deceſſit cum filiabus.per.l.cum acutiſſimi.
C.de fideicommiſ.⁊.l.cum auus.ff.de cõdi.⁊ demonſtra.⁊.l.genera-
liter.§.cum autem.C.de inſtitu.⁊ ſubſti.ſub cõditione factis.quia re-
ſpõſio patet ex his que prime dixi.nam ſubſtitutio facta in teſtamẽ-
to Antonij ad quẽ ſe retulit Honofrius fuit facta ſub hac conditio-
ne ſi Simon decederet ſine filijs maſculis ⁊ conſequenter non ſufficit
filias feminas extare.preterea diſpoſitio dicte.l.cuʒ acutiſſimi.cum
ſimi.habet locum quãdo ſubſtitutio eſt facta deſcendentibus ipſius
teſtatoris ſecus ſi alijs puta trãſuerſalibus vt eſt de mente glo.repu
tate ſingularis in.l.ex facto.§.ſi quis rogat⁹.el.j.⁊ ibi no.Ang.⁊ alij
ff.ad trebel.⁊ clare Jacobus de arena ⁊ Cyn.in dicta.l.generaliter.
§.cum autem.⁊ alij doctores in dicta.l.cum auus.¶ Et ſi queratur
de quib⁹ bonis debeant dicte filie Simonis dotari: dico quod cla-
re apparet ex verbis teſtamenti dicti Antonij ſcilicet quod debent
dotari de bonis Simonis et conſequenter de dicta legitima quam
dixi ex perſona Simonis eſſe detrahendam de bonis dicti Antonij
quia illa dicitur debita dicto Simoni.l.fina.circa principium.C.de
cura.furio.§.primum.in auten.de heredi.⁊ falci.l.finali.C.de codi.

ſi auꝫ.res que.C.communia de leg.l.ſi.ff.ſi quid in frau.pat.⁊ no.per doct.in.l.non vſq₃ adeo.ff.ſi quis a parē.fue.manu.in.d.c.raynutius cum ſimi.vel etiam de alijs bonis dicto Simoni obuētis aliunde q̄
22 ex bonis dicti Antonij. ¶†Huic cōſonāt qꝛ auus vel proauus non tenetur dotare neptem vel ꝓneptē qñ pater ipſius mulieris habet vñ dotet de ſuo.vt cōcludit Bal.in preallet.auꝫ.res que ⁊ probatur ꝑ no.ꝑ Bar.in.l.nō quēadmodū.ff.de libe.agno.l₃ Sali.indeciſum reliquerit in.l.ſi.C.de dot.ꝓmiſ.⁊ ſaltē hoc verū eſt mortuo auo vel ꝓauo vt eſt caſus noſter.ita decidit Spe.in tit.de iudi.in.iij.parte.§.ſequitur.verſi.qd ſi vnꝰ ex fratribus.⁊ Bal.in.d.l.ſi.circa pe.colū.C.de dot.promiſ.⁊ Ang.in.l.pater.ff.de euic. ¶Ex quibꝰ patet eſſe reſponſū ad omnia queſita ⁊ concluſiue bona Simonis aliunde obuenta ei q̄ imediate ex hereditate Antonij ⁊ Honofrij ſpectare ad filias heredes Antonij. Bona vero hereditatis Antonij ꝓ ea rata in qua fuit inſtitutus Simon in teſtamēto Antonij eſſe reſtituenda ꝑ fideicōmiſſum Colantonio excepta legitima Simonis que eſt vna vncia ex duodecim vncijs bonorū que erant Antonij tēpore mortis Antonij deducto ere alieno i quā legitimā imputareꝫ ſi qd alienaſſet de bonis Antonij Simonis ⁊ ſubſequēter bōa oīa Honofrij vꝫ q̄ ex teſtō Honofrij obueniſſent Simoni eſſe reſtituēda ꝑ fideicommiſſum Colantonio abſq₃ aliqua deductione legitime vel trebellianice. Et dictas filias eſſe dotādas de bonis Simonis ſeu de dicta legitima Simonis vt ſuperius fuit oſtenſum.⁊ ita.s.

¶Summarium ſuper conſilio.ccij.

1 ☞Nō eſt veriſimile a teſtatorem ignorare filios ſuos.
2 Ubi heres eſt inſtitutus ipſo iure icapax nō applicaꝫ hꝛditas fiſco.
3 Spurius non eſt indignus culpa ſua.
4 Si legatum eſt relictū ſpurio ⁊ ſubſtitutio ei facta ſit ſub cōditione ſi deceſſerit ſpurius ſine liberis ſi cōtingat ſpurium decedere in infantili etate non admittetur fiſcus ſed ſubſtitutus.
5 Subſtitutio compendioſa continet in ſe vulgarem.⁊ nu.6.
7 In re legata heres dicitur habere titulum.
8 Quando ſpurius heres inſtituitur ⁊ grauatur de reſtituēda hereditate regi francie vel anglie ⁊c.

¶Conſilium.ccij.

¶Si inſtituit teſtator ſpurios ſuos heredes nō vt filios ſuos ſ₃ vt filios titij ⁊ quoſcūq₃ alios filios ſibi teſtatori naſcituros ⁊ poſt mortem dictorū iſtitutorū decedētium ſine liberis ſubſtituit ꝓximiores agnatos ipſius teſtatoris.queriꝫ probato ꝙ illi iſtituti erant ſpurij teſtatoris an hꝛditas vadat ad fiſcū an ad illos ꝓximiores agnatos.

Redēptoris noſtri inuocato ſuffragio. Perſpectꝭ his teſti dicti Bonifacij ⁊ his q̄ i themate narranꝫ videreꝫ pria cōſideratiōe dicēdū ꝙ dicta hereditas ad fiſcū ptineat qꝛ dictꝰ teſtator vt voluiſſe adhibere cautelā quā tradidit Bal.i.l.ſi.i ꝑn.ff.de libe.⁊ poſthu.vbi refert quēdā teſtatorē habēte filiū ſuū ſpuriū viuꝫ fuiſſe hac cautela qꝛ inſtituēdo eū nō inſtituit eū vt filiū ſuū ſ₃ vt filiū cuiuſlieris vt ſic ex forma teſtamenti nō appareret vitium teſtamēti.arg.l.ij.C.de inſti.⁊ ſubſti.ſub cōdi.fac.ibi ex his que i libello cōplexa ⁊c. tñ dicit Bal.i.d.l.iij.qō ſi probaꝫ ꝙ talis erat filius ſpurius teſtatoris illa cautela nihil valebit.arg.d.l.iij.in ꝑin.⁊ ꝑ cōſequens in caſu propoſito dicta cautela nō debet ꝓdeſſe cū ꝓreſupponatur eſſe ꝓbatum dictos Guilelmū ⁊ Nicolaū fuiſſe filios ſpurios dicti teſtato
1 ris l₃ eos inſtituerit nō vt filios ſuos,ſed vt filios Antonij et nō eſt veriſimile teſtatorē ignoraſſe filios eſſe filios ſuos.arg.l.opinio.l ſi.ff.vnde cognati.⁊.l.de tutela.C.de i integ.reſtit.mino.⁊.l.ſi vicinus.C.de nup.⁊ ꝑ ea q̄ habenꝫ ꝑ Bal.⁊ Ang.in.l.titiꝰ.§.lucꝰ.ff.de lib.⁊ poſthu.cū ſuis concor.⁊ cum appareat teſtatorē voluiſſe legē fraudare clādeſtināq₃ facere inſtitutionem ſpuriorū ⁊ ſpurietatē ⁊ inualiditatē inſtitutionis celare vt etiā deprehēdi videꝫ ex forma ⁊ figura inſtitutiōis debet hereditas applicari fiſco.l.ſi.in ꝑin.cū ibi not.⁊.l.non intelligiꝫ.§.j.⁊.§.cum ex cauſa.⁊ qō vtrobiq₃ no.ff.de iure fiſ.⁊ ꝑ id qō no.Bar.in.l.auferꝫ.in ꝑn.eo.titu.pro hoc facere videꝫ qꝛ vbi heres iſtitutus eſt icapax ex delicto teſtatoris videꝫ ꝙ hereditas deuoluatur ad fiſcum nō extantibus deſcendētibus vel aſcendentibus teſtatoris.l.j.C.de natu.lib.⁊ no.per gl.in.l.hereditas.C.de his qui.
2 vt indig.⁊ per Azonē in ſum.C.de natu.lib. ¶†Tamē pmiſſis non obſtantibus puto cōtrariam inſlam in caſu noſtro eſſe de iure veriorem qꝛ vbicūq₃ heres inſtitutus eſt ipſo iure incapax non applicaꝫ hereditas fiſco.l.ſi in metallum.ff.de his que ꝑ nō ſcriptis ha.et ibi no.⁊ in.l.metallum.ff.de iure fi.⁊ plene no.maxime per doct.in.l.j.C.de here.inſti.per illū tex.ſm cōmune intellectum doctorū etiā quādo ex delicto ſuo eſſet effectus ab initio ipſo iure incapax vt in dictis iuribus.idem ſi ſine delicto ſuo:vt in.l.penulti.ff.de his que pro non ſcriptis hab.talia enim relicta ſeu inſtitutiōes ſunt pro non ſcriptis vt ibi merito non tranſeunt ad fiſcum ſed ad ſubſtitutos ſi extant et illis nō extantibus ad alios.de quibus in.l.vnica.in.§.j.C.de cadu.tol. Sed ſpuriꝰ eſt ipſo iure incapax.in auꝫ.quibus mod.natu.effi.ſui.§.ſi.poſita in auꝫ.ex cōplexu.C.de inceſt.nup.⁊.l.ſi ſpurius.ff.vñ cognati. Bene facit.l.ſi pater.cum glo.⁊.l.nec apud.C.de here.inſti.⁊.d.l.aufertur.in prin.cū gl.ff.de iure fiſ.in quibus legibus apparet quod vbi quis abſq₃ culpa ſua efficitur indignꝰ hereditas nō tranſit ad fiſcū.conſtaꝫ autem illos inſtitutos nō poſſe dici indignos culpa
3 ſua quia ſpurius†non eſt indignus culpa ſua.l.legem.⁊.l.fina.C.de natura.lib.ergo ⁊c.vnde ſm magis communes concluſiones reprobata glo.in.d.l.hereditas.quando inſtituitur ille qui eſt incapax delicto vel vitio teſtatoris regulariter hereditas non trāſit ad fiſcū preterq̄ in caſu ſpeciali poſito in.l.j.C.de natu.lib.⁊ in.l.ſi quis inceſti.C.de inceſtis nu.⁊ in.l.j.C.de ſecūdis nup.vt notant doc.in.d.l.hereditas.⁊ Bart.late in.l.ſi.ff.de his quibus vt indig.⁊ in ſuo conſilio incipiente dominicus magiſtri Thebaldi.⁊ Bal.⁊ alij poſt eū in.l.iij.ff.de teſta.⁊ in.d.l.j.C.de natura.lib.⁊ Oldr.in conſi.xxxix.incipi.
4 thema tale eſt legatum ⁊c.⁊ ibi concludit Old.†quod ſi legatum relictum eſt ſpurio ⁊ ſubſtitutio ei facta eſt ſub conditione ſi deceſſerit ſpurius ſine liberis ⁊ contingat ſpurium in infantili etate decedere non admittetur fiſcus ſed ſubſtitutus.allegat.l.j.verſ.ſed ſi legatum.ff.ſi quis aliqueꝫ teſtari prohib.⁊.l.legatarius.ff.de excuſa.tuto.cum alijs ibi allegatis per eum ⁊ reſpondet ad dictam.l.j.C.de natur.lib.qꝛ ſm eum loquitur ibi in caſu ſpeciali vel loquitur quando incapaci nō eſt ſubſtitutus aliꝰ capax.⁊ hec ſecunda reſponſio optime accō
5 modatur ad caſum noſtrū quo facta†eſt ſubſtitutio compēdioſa dictis Guilliemo ⁊ Nicolao poſt mortem eorum decedentium ſine liberis que ſubſtitutio etiam cōtinet in ſe vulgarem ſubſtitutionē cum fuerit facta per verba cōmunia vt plene probat Bart.⁊ alij in.l.centurio.verſi.quero vtrum ſubſtitutio compendioſa facta per verbum commune cōtineat vulgarem ⁊c.ff.de vulg.⁊ pupil.⁊ docto.in.l.precibus.C.de impub.⁊ alijs ſubſti.⁊ in.c.raynutiꝰ.de teſta. ¶Ad hoc quod dictus ſubſtitutus admittaꝫ.bene facit.l.ij.⁊ qō ibi no.Bar.et alij.C.de heredi.inſtitu.et quod no.Bar.in.l.gallus.§.quod ſi is.ff.de libe.⁊ poſthu. ¶Hunc caſum etiam videtur ſatis clare decidere Ang.in dicta.l.hereditas.vbi ad hoc vt fiſcus admittatur non ſolū requiriꝫ quod ſpurius ſit clam vocatus ſed etiā quod alius tacite accommodauerit fidem teſtatori de reſtituēdo illi incapaci per dictaꝫ l.nō intelligitur.⁊ ſubdit quod quando heres eſt ipſo iure nō capax tunc nunq̄ applicatur hereditas fiſco ſed habetur pro nō ſcripta ꝑ l.iij.ff.de his que ꝓ nō ſcrip.hab.ſ₃ ita eſt quod in caſu noſtro nullꝰ fuit qui tacitam fideꝫ accommodauerit teſtatori de reſtituendo ſpurijs:ſed fuerunt ipſi directo inſtituti ⁊ etiam ipſi ſunt ipſo iure incapaces:vt eſt dictum merito ex omni capite videtur quod fiſcus excludatur. ¶Et ſi quiſpiam inueniatur qui in diſcurſu ſentiat aliter allegādo dictam.l.non intelligitur.certe aut inaduertenter locutus eſt aut de neceſſitate intelligi debet quando prius inſtitutus erat alius q̄ ſpurius ⁊ poſt mortem primi inſtituti eſſet clam ſeu tacite inſtitu
6 tus ſpurius quo†caſu eius inſtitutio q̄uis facta ꝑ verba directa habet vim fideicommiſſi per notata in.l.verbis ciuilibus.ff.de vulgari ⁊ pupil.⁊ in.l.ſceuola.⁊.l.ex facto.in princi.ff.ad trebel.⁊ not.Bald.in.l.extraneum.C.de heredi.inſtitu.⁊ Bald.⁊ Ang.in.l.miles ita in princi.ff.de teſtamen.milita.⁊ in.l.ij.ff.ſi pars heredita.pet.⁊ in.l.hereditas ex die.ff.de here.inſti.⁊ Ange.in.l.ſi ita.§.ſi.cum ſi.ff.de libe.⁊ poſthu.vñ tūc ſi clam facta eſſet dicta inſtitutio ſpurij vt qꝛ primo loco inſtitutus tacite accōmodaſſet fidē teſtatori verum eſt quod hereditas applicatur fiſco propter delictuꝫ et culpam heredis primo loco inſtituti.⁊ ratio eſt qꝛ tūc heres primo loco ſcriptus dicitur eſſe capax nō obſtante dicto delicto.vnde quia ipſe non poteſt accipere hereditatē fiſcus aufert ei illam vt indigno.l.ex facto.§.iul.ff.de vulga.⁊ pupil.⁊.l.aliud eſt capere.⁊ ibi notatur.ff.de verbo.ſigni.que ratio ceſſat in caſu noſtro in quo ipſo iure erant incapaces funditus ipſi inſtituti per ſuperius allegata. ¶Nec proxime rationi obſtat ſi dicatur quod ſi vera eſſet dicta ratio ſequeretur quod quando teſtator legat ſpurio id quod nō reliquit heredi nec alteri non applicaretur fiſco etiam dato quod heres tacite accommodaſſet fidem teſtatori de dādo ſpurio attēto quod heres in dicta re legata nō habebat tituluꝫ ⁊ ſic non poteſt dici quod auferatur heredi ⁊ applicetur fiſco ⁊ tamen videbimus quod fiſco applicātur etiā legata per ea que ha
7 bentur in dicta.l.non intelligitur:quia reſpondeo quod†imo in re legata heres dicitur habere titulum:vt declarat Bal.Ange.⁊ Joan.de imo.in.l.ſi ita quis heres inſtitutus fuerit excepto fundo.ff.de heredi.inſti.vbi fortius dicunt per illum textum quod ſi teſtator multa legata fecit ⁊ poſtea dixit titium vniuerſalem heredem meuꝫ inſtituo ꝓterq̄ in dictis legatis tamen dicta legata includentur in inſtitutione heredis.idem probatur in.l.cogi.§.inde queriꝫ.ff.ad trebel.⁊ ibi ꝑ illū tex.dicit Pau.de caſt.quod quādo teſtator in teſtamēto prius certa bona legauit legatarijs poſtea dixit i omnibus aūt alijs bonis meis inſtituo titiū heredē ꝙ illud verbū directū inſtituit importat nedum ꝙ ſit inſtitutus in alijs ſed etiaꝫ ⁊ in rebus legatis qꝛ illa nō detrahunꝫ de iure.i.de vniuerſitate vt ibi:non mirū ergo ſi in ꝓpoſito dicimus quod auferunꝫ heredi ⁊ applicanꝫ fiſco. ¶Hec etiā videꝫ eſſe mens Bar.in preallē.l.nō intelligiꝫ.in prin.vbi ſimiliter requirit



requirit ꝙ clam fuerit relictum ⁊ qō inſtitutus tacite accōmodauerit fidē reſtituēdi nō capaci.⁊ ita etiā ſentit Bar.in preallē.l.ſi.ff.de his qui.vt indi. nec cōtrariū dicit ipſe in.d.l.hereditas.ſi bene inſpiciatur hō etiā voluit Bar.i.l.ſi totā.ff.de acq.here.vbi videꝫ facere iſtā differentiā an ſit incapaci directo relictum:an vero heres tacite fidē accōmodās ſit rogatus de dāno icapaci. ¶Ad predicta etiam adduco id
8 ꝙ no.Joan.de imo.in.l.in tp̄s.ff.de here.inſti.vbi dixit ꝙ†ſi ſpurius pure inſtituiꝫ ⁊ graueꝫ de reſtituēda hereditate regi frācie vel anglie aut alteri ad cuius notitiā veriſimiliter de facili non deueniet:et dato ꝙ deueniret tñ de facili veriſimiliter ſe nō intromitteret ꝙ hoc caſu talis inſtitutio ⁊ diſpoſitio nō valet tanq̄ facta in fraudē legis:vt ſic ſpuriꝰ habeat id qō de iure habere nō poteſt ꝑ ea q̄ habenꝫ in.l.ꝯtra legem.⁊ in.l.fraus.ff.de legi.⁊ in.c.ſi.de reg.iur.in.vj.⁊ no.Bal.in.l.hac edictali.§.omni.C.de ſecū.nup.pondero ergo inq̄tū Joannes de imo.dicit ꝙ diſpoſitio illa facta in fraudē vitio teſtatoris nō valet qꝛ ex hoc apparet ꝙ nō applicaꝫ fiſco qꝛ ſi applicareꝫ fiſco valeret iſtō ⁊ auferretur ſpurio iſtituto:ſed ſi nō vꝫ qꝛ hꝛ ꝓ nō ſcripta nō pōt applicari fiſco vt ſepe dictū eſt. ¶Cōfirmo ꝑ tex.i preallē.l.j.C.de natural.lib.ibi dū tex.dicit ſiue illos legitimos ſiue naturales dixerit ⁊c. vbi tex.probat ꝙ diſpoſitio illius legis volētis ꝙ ſi qs filio ſpurio reliquerit vel cōceſſerit aliqd acqritur deſcendentibꝰ ſeu quibuſdā agnatis ibi enumeratis ⁊ illis nō extātibꝰ acqritur fiſco:⁊ vult tex.hoc habere locū etiā ſi pater ibi reliquerit ſeu cōceſſerit eis vt filijs legitimis ecce ergo ꝙ q̄uis pater voluerit fraudē legi facere celādo ſpurietatē ⁊ appellādo eos legitimos tñ nō magis ꝓpter hoc applicaꝫ fiſco imo ſm doc.cōiter ibi ⁊ in alijs locis ſupius allegatis qñ ille talis ſpuriꝰ eſſet natus ex perſona nō cōſtituta i dignitate tūc etiā nō extātibꝰ illis agnatis enumeratis i.d.l.j.adhuc nō applicareꝫ fiſco. ¶Poſſet etiā dici ꝙ in dubio ꝓſumaꝫ teſtatorē nō clā reliqſſe dictis Guilielmo et Nicolao qꝛ i dubio ꝓſumitur teſtator putaſſe ipos eſſe tales quales eos denoīauit.vt no.gl.Bar.⁊ oēs i.l.nemo.§.qui frater.ff.de here.inſti.⁊ Bar.in.l.neq₃.C.de teſta.quo caſu etiā ſi non eſſet ſpuriꝰ,directo inſtitutus ſed alius capax eſſet expreſſe grauatꝰ de reſtituēdo ſpurio nō applicatur fiſco.vt no.doc.in.d.l.hereditas.⁊ i.d.l.ſi.ff.de his qui.vt indi.cū cōcordā.s.alleg. Tutiora tñ puto ſuperiora fundamēta q̄ firmiter puto eſſe veriſſima. ¶Ex quibꝰ apparet eſſe reſpōſum ad ea que fuerūt allegata i ꝯtrium qꝛ illa ꝓcedunt qñ heres capax tacite accōmodaſſet fidem teſtatori de reſtituēdo id qō clam eſſet iure legati vel fideicōmiſſi relictū ſpurio ſeu incapaci vt ꝓbaui.nec obſtāt notata ꝑ gl.in.d.l.hereditas.qꝛ illa eſt cōiter reprobata vt ſuperius dixi. Ex quibus concludo ꝙ dicta hereditas nō eſt fiſco acquiſita ſed deuenire debet ad prefatos agnatos.

¶Summarium ſuper conſilio.cciij.

1 ☞Quādo dicatur flumen publicum ⁊ quando priuatum.2.6.
3 De iure cōmuni ex flumine publico nō nauigabili licitum eſt aquam ducere.nu.10.
4 Inferior neceſſe habet vti poteſtate ordinaria.nu.5.
7 In aquis ⁊ earū cōmoditatibus ſtandum eſt antiquitati.
8 Uſus temporis cuius memoria non ſtat in cōtrarium habet vim cōceſſionis ⁊ priuilegij.
9 Seruari debet illud qō iure feudi a principe conceſſum.eſt.14.15.
11 Nemo poteſt in rem alterius aliquid mittere vel facere.nu.13.
12 Bona fides preſumitur ex longo tempore.
16 Quando non precedit aliquis contractus de cuius natura ſit ꝙ ego tenear tibi ad id quod mihi non nocet ⁊ tibi prodeſt. ego non teneor facere id quod mihi non nocent ⁊ tibi prodeſt.
17 Quando lucrum eſtiam radicatum iudicatur idem ꝙ de damno.

¶Conſilium.cciij.

¶Si habeo molendinū iſra alius vult cōſtruere molēdinum ſupra ad mei preiudicium an ⁊ quando poſſit.

Redemptoris noſtri inuocato ſuffragio. Perſpectis his que i themate ſupra ſcripto narranꝫ ⁊ his que copioſe ſcripta ⁊ allegata ſunt ꝑ eximiū dñm.s.conſulentē iādudū diſcipulum meum ⁊ tanq̄ fratrē dilectiſſimū pro veritate eruēda preſuppono ꝙ queſtio de qua per glo.⁊ doc.in.l.ſi manifeſte.C.de ſeruitu.⁊ aqua.⁊ in.l.ſi quis ex argētarijs.§.ſi initium.ff.de edē.⁊ Spec.in titu.de cauſa poſ.§.qꝛ vero.verſi.quid ergo ſi aliquis.⁊ ꝑ Bar.in.l.quominus.§.j.in.j.q.ff.de flu.⁊ per Andreā de iſer.in.c.j.circa ſecūdā col.in tit.q̄ ſint regal.⁊ per Bal.in.l.j.in.x.col.C.de ſen.que pro eo qō inter.⁊ Bal.in.c.cum eccleſia vulnerata.de elec.⁊ ꝑ Ang.in.l.j.§.idē ait.ff.ne quid in loco pub.nō eſt proprie queſtio noſtra qꝛ illa queſtio
1 tacta in dictis locis procedit†qñ vnus primo edificauit in flumine publico ⁊ ſecūdus edificauit etiam in eodem flumine publico a parte ſuperiori.nam tunc magis communiter cōcluditur ſi primus licite edificauit ꝙ ſecundus non poteſt edificare ⁊ auferre lucrum quod licite pcipit primus ex publico per.l.ij.§.merito.ff.ne quid i loco pub. Si autē flumen eſſet priuatuꝫ pertinens ad vtrunq₃ edificantem tunc poteſt ſecundus licite edificare in ſuo ⁊ frui aqua dicti fluminis priuati dummodo faciat principaliter vt ſi hijpſi proſit.⁊.l.proculus.ff.de dā.iſec.
2 ¶†Et dicitur flumen publicum quādo perpetuo fluit:priuatū vero quando nō omni tempore vt quia in eſtate nō fluit.l.j.§.j.⁊.ij.ff.de flumi.et flumina priuata ſeu torrentia dicūtur pertinere ad illos qui prope ab vtraq₃ parte predia poſſident qꝛ quilibet intelligitur habere ius vſq₃ ad mediū verſus ſuā ripā ſi aliter nō apparet ex cuiꝰ predio factus fuerit alueus dicti torrētis.ita magiſtraliter tradit Bart.melius q̄ alibi in tractatu alluuio.circa.viij.col.arg.l.adeo.§.inſula.⁊.§.qō ſi toto.ff.de acq.re.do.⁊ etiā cōcludit Bal.l₃ nō ita plene i.c.j.§.ſi quis de māſo.in tit.de controuer.inueſti. ¶Sed alius videꝫ eſſe caſus de quo queriꝫ qꝛ quilibet edificat in ſuo ⁊ tractatur an Petrus Jacobus poſſit de dicto canali vel canalibus deriuare aquā ad ſuum molēdinū nūc cōſtructū poſtq̄ dictus Bernabeus iā dudū edificauerat per ſe vel autores ſuos ſuum molēdinū ⁊ etiā preſupponiꝫ eū habere legitimū titulū in dicto aqueductu:cuius tituli iuſtitia etiā euidē
3 ter apparet:tum qꝛ†de iure cōi ex flumine publico non nauigabili licitū eſt regulariter cuilibet aquā ducere.vt.d.l.quominus.⁊ iſtud videtur poſſe dici flumē publicū quo ad caſum noſtrum qꝛ preſupponitur ꝙ in illis partibus ⁊ locis vñ aqua ex flumine dicitur id eſt in partibꝰ ſuperioribus flumē tā in eſtate q̄ in hyeme fluit ⁊ ſic publicū eſſe diciꝫ vt ſuperius dictū eſt.⁊ poſito qō aqua dicti fluminis intraret aliqō flumē nauigabile vt padū tñ hoc nō īpediret qn licuiſſet dictis de māfredis ⁊ dicto Bernabeo aquā ex dicto flumine cruſtie ducere attēto ꝙ iſtamet aqua ſic educta per hmōi canalia de flumine cruſtinei oīno poſtea reintrat ipꝫ flumē nauigabile padi vt verbo ferꝫ ita decidiꝫ ex his q̄ notanꝫ ꝑ Bar.in.d.l.quominus.in vltima oppoſitione.⁊ ꝑ Bal.in rub.ff.de rerū di.in.v.col.tñ etiā apparet dictum Bernabeū habere iuſtū titulū in dicto aq̄ductu qꝛ a principe habuit cōceſſionē dicti aqueductus per dicta duo canalia cū clauſula ꝙ nullꝰ ſine licentia dicti Bernabei ⁊ fratris ſui poſſit extrahere aquā de dicto canali dictorū fratrū de caprarijs ⁊ etiā cū clauſula ꝙ nullus debeat dictos fratres de caprarijs moleſtare i dicto aqueductu dicti eorū canalis ⁊ ēt in aqueductu canalis dñoꝝ de māfredis ꝙ fluit ſeu deriuat in canale dictorū fratrū de caprarijs:vt latius cōtineꝫ in decretis ⁊ cōceſſionibus dictorū fratrū de caprarijs. ¶Et circa hoc breuiter mihi videtur de iure cōcludēdum ꝙ de iure dicto Petro Jacobo nō licuerit deriuare aquā canali dictorū de caprarijs ⁊ dicto eorū ſolito aqueductu ⁊ diuertere ipſam aquā in aliud canale factū per dictū Petrū Jacobū q̄tūcūq₃ dicta aqua poſtq̄ inſeruierit molēdino dicti Petri Jacobi redeat ꝑ aliud canale dicti Petri Jacobi ad canale dictorū de manfredis ⁊ de caprarijs ad inſeruiēdū molēdino dictorū de caprarijs ac etiā videꝫ mihi cōcludendū ꝙ talis facultas dicto
4 Petro Jacobo cōcedi nō poſſit ꝑ inferiorē a pricipe ſupremo q†inferior neceſſe habet vti poteſtate ordiaria.vt.l.normā.C.de offi.prefe.pretor.affri.c.ſi.⁊ ibi no.doc.de offi.archipre.c.cū iferior de ma.⁊ obe.l.ſi priuatus.ff.qui ⁊ a quibus.no.gloſ.in.c.ſi.de hereti.lib.vj.⁊ Joan.
5 an.in.c.ſi.de appel.li.vj.in nouella.cum ſi. ¶†Nec etiam poſſit ꝑ ſupremum principem volentem vti ordinaria poteſtate ⁊ nō plenitudine poteſtatis quā hꝫ ſupra ius ⁊ qua plenitudine poteſtatis nō debet vti ſupremus princeps ſine cauſa.vt no.Inn.⁊ Jo.an.in.c.innotuit.de elec.⁊ Ang.in.l.bene a zenone.C.de quadrie.preſcri.⁊ Bal.in.l.ij.C.de communium rerū alie.ſibi enim magis debet cauere imperator q̄ alius.vt inquit gl.in.l.penul.ff.de heredi.inſti.⁊ in dubio non preſumitur velle vti plenitudine poteſtatis.vt no.Inno.⁊ Joā.an.in.c.dudum.de deci.⁊ probatur in.l.ex facto.in princ.ff.de vulg.⁊ pup.et in.l.bonorum.⁊ ibi no.Bal.⁊ Sali.C.qui admit.ad bo.poſ.pñt.et in
6 l.q̄q̄.⁊ in.l.in teſtamento.C.de teſta.mili.cū ſi. ¶†Et ꝙ dicto Petro Jacobo hoc nō licuerit probatur qꝛ tale canale dictorū de caprarijs dicitur priuatū ⁊ nō publicū adeo ꝙ alteri q̄ illi cuius eſt dictū canale nō lꝫ ab illo aquā deriuare etiam ſi deriuare vellet aquā poſtq̄ exiuiſſet de molendino illius ad quem pertinebat dictū canale quod plus eſt.vt probat Bar.in.d.l.quominus.xxij.q.per.l.in concedendo.ff.de aqua plu.arcē.iuncta.d.l.j.§.fluminum.ff.de flumi. ¶Secū
7 do†qꝛ in aquis ⁊ earum commoditatibus ⁊ molendinis ſtandum eſt antiquitati vt eſt tex.quem ad hoc ibi ponderat Bal.in.titu.de pace cōſtantie.in verbo ſicut ab antiquo.bene facit.l.ij.in princ.ff.de aqua plu.arcē.ſed in themate narraꝫ quod ab antiquo aqua ad vſum dicti molendini illorum de caprarijs ducebaꝫ per dictum eoruꝫ canale ⁊ etiā per canale illorum de manfredis nunc autem ſtante aque deriuatione quam facit dictus Petrus Jacobus non poteſt aqua fluere per totuꝫ canale conſuetum dictorum de caprarijs ad molendinū eorū:ergo non
8 potuit hoc facere. ¶†Tertio qꝛ vſus tanti temporis cuius in contrarium memoria non exiſtit habet vim conceſſionis et priuilegij.l.hoc iure.§.ductus aque.ff.de aqua quotidiana ⁊ eſti.l.quiſquis.C.de epiſco.et clericis.c.ſuper quibuſdam.§.preterea.de verborum ſignifica.xviij.q.vlti.ſeruitium. Sed in themate affirmatur dictū vſum aque fuiſſe a tanto tempore cuius in contrarium memoria non exiſtit:ergo ⁊c.bene facit quod no.Bart.in dicta.l.quominus.in.ij.q. ¶Quarto quia apparet de expreſſa cōceſſione facta a principe in feudum dictis de caprarijs de dicto aqueductū cum clauſula quod nullus ſine eorū

licentia poſſit extrahere aquam de dicto canali vt.s. dixi ergo ſeruari
9 debet† qd a principe iure feudi ſeu cōtractus conceſſum eſt.c.j.de.pb.
c.j.de natu.feu.nec per eū pōt reuocari;vt ibi p Bal.⁊ p eundem in.l.
qui ſe patris in.x.col.C.vnde liber.⁊ in.l.j.in prin.ff.de cōſti.pn.⁊ no.
doct.in.l.digna vox.C.de legi.⁊ in.c.nouit.de iudi.cum ſuis cōcordā.
10 ¶†Quinto qr in themate preſupponitur φ ſi dicta aqua modo pre-
dicto deriuetur ⁊ ducat per dictū Petrū Jacobum incōmodat vſus
dicte aque dictis de caprarijs cōtra id qd hactenus ab eis ſeruari cō-
ſueuit ⁊ maxime quo ad irrigationē terrarū ſuarū quas quidē illi qui
habent ius aque ducēde per canale ſuum ad molendinum vt ſunt di-
cti de caprarijs irrigare poſſunt deriuādo aquā de canali ſuo ſaltē qñ
non ſit ad emulationē ſeu iacturā publicā puta ciuitatis que infra ha-
beret molendina ad q̄ cōſueuit illa aqua tranſire.vt notabiliter tradi-
tur per Bal.in.c.cum omnes.in.ix.col.de conſtit.quia donec aqua eſt
in ſuo canali cenſetur ſua cū ille dicat priuatus locus;vt pbat Bar.in
d.xij.q.bene facit qd no.Jaco.but.⁊ Bal.in.l.aquā.in fi.poſt gl.C.de
ſerui.⁊ aqua.⁊ φ potuerint dicti de caprarijs vti dicta aqua ad irrigā-
dum deriuando eam de ſuo canali ⁊ faciendo eā redire poſtea ad ſuum
molendinum bene probat in.l.j.§.illud labeo.ff.de aqua quoti.⁊ eſti.
⁊ p id qd no.Bart.in.d.l.quominus.in.xiij.q.tamen ſm Bal.in.d.c.
cū omnes.ad damnum publice vtilitatis nō poſſet.allegat.l.opus.ff.
de oper.publi.⁊ φ impediatur commoditas ⁊ vſus dictorū de capra-
rijs circa dictā aquā facile dep̄hēdi poteſt qr propter canale cōſtru-
ctum nouiter a Petro Jacobo non poteſt aqua decurrere ⁊ fluere a
ſummo vſq; ad imū canalis de caprarijs vt facere ſolebat ⁊ ſic impe-
diuntur dicti de caprarijs irrigare illas terras q̄ erant iuxta illam infi-
mam partem ſui canalis per quā nunc nō pōt fluere aqua impediente
11 canali dicti Petri Jacobi. ¶†Sexto qr prefatus illuſtris dñs locū-
tenens non potuit de iure concedere Petro Jacobo facultatē immit-
tendi canale ſuum nouiter cōſtructum in canale dictorum de caprarijs
⁊ ſeu poſſeſſum per eos ⁊ autores eoruz habentiū dictū molendinum
cū poteſtate irrumpendi canale predictorū de caprarijs ⁊ faciēdi trā-
ſire canale dicti Petri Jacobi per tranſuerſum canalis dictorū de ca-
prarijs qr nemo poteſt in rē alteri⁹ aliqd immittere vel facere.l.quē-
admodū.§.ſi protectum.ff.ad leg.aquil.cum concord.ibi allegatis in
gl.⁊ in ppoſito nota.etiā doc.maxime Bal.in.d.l.aquā. Et inferior a
principe nō poteſt ius meum ſeu mihi acquiſitū mihi auferre ⁊ alte-
ri concedere.d.l.ſi priuatus.⁊.l.toties.ff.de pollicitatio.⁊ licet ſupre-
mus princeps hoc poſſit facere cū cauſa,iuxta ea q̄ habētur in.l.itē ſi
verberatū.ff.de rei vēdi.⁊ in.l.lucius.ff.de euic.⁊ not.plene in.l.ſi.C.ſi
cōtra ius.⁊ in.l.j.ff.de cōſti.prin.⁊ in.c.que in eccleſiarū.de cōſtit.⁊ in
tali ſupremo principe ſuperiorē nō recognoſcēte preſumitur cauſa.vt
no.Cy.in.l.reſcripta.C.de precibus imper.off.⁊ Jaco.but.in.d.l.ſi.C.
ſi cōtra ius.⁊ notāt canoniſte in.d.c.que in eccleſiarū.⁊ Ant.de but.in
c.conſtitutus.de reli.domi.⁊ in.c.cum inter.p.de renun.⁊ Abb.in.c.cū
olim.de re iudi.⁊ in.c.ſicut.de iureiur.tñ hoc allegari nō poteſt in pro-
poſito noſtro qr loquimur de cōceſſione facta Petro Jacobo tantuz
per illuſtrē dñm locū tenentē ⁊ iſtud videt ſatis efficax fundamētum
⁊ tanto magis qr ſi bene inſpiciant verba conceſſionis facte dictis de
caprarijs ab agente nomine principis non habuerūt a principe dictū
canale nunc irruptū p dictū Petrū Jacobū ſed ſolū fuerunt inueſtiti
de ipſa aqua veniente ex flumine cruſtinei ⁊ in ipſa cōceſſione expreſſe
affirmatur φ ipſum canale fuit ꝯſtructū ab ipſis de caprarijs attenta
diuturnitate temporis qua fuerunt dicti de caprarijs in poſſeſſione di-
12 cti canalis poſſent† allegare preſcriptionē canalis.i.ſoli ⁊ p̄ſumeretur
bona fides ex longo tpe.iuxta no.p Inno.⁊ alios in.c.ij.de reſti.in in-
teg.⁊ per Bar.in.l.ſi.C.vnde vi.⁊ in.l.celſus.ff.de vſucap.⁊ Jo.and.
in addi.Spe.in tit.de teſte.§.nūc vidēdū in prima additione magna
13 verſi.itē opponūt.Et tale† ius p p̄ſcriptionē acquiſitū non poſſet ſu-
perior auferre,vt patet ex predictis ⁊ ſpecifice not.Bal.i.l.imperium
14 in.v.col.ff.de iuriſ.om.iud. ¶†Septimo nō potuit hoc cōcedi qr cū
per principē fuerit cōceſſum dictis de caprarijs φ nullus poſſit ſine
eorū licentia,⁊ ſub pena deriuare aquas de dictis canalibus non po-
tuit locūtenens dicti principis contrarium diſponere niſi ſuperueniſ-
ſet aliqua iuſta cauſa q̄ tempore cōceſſionis facte dictis de caprarijs
nō ſuberat vel cognita nō erat vt eſt text.bene no.in.l.ſi hominem.ff.
man.⁊ not.Bar.in.l.ambitioſa.in.iij.col.ff.de decre.ab ordi.fac.et
nulla allegatur in themate iuſta cā ſuperueniens quinimo ⁊ ſi ipſe-
met ſuperior qui dictis de caprarijs conceſſit feciſſet dicto Petro ſe-
cundā conceſſionem ſemper intelligeretur in ſecunda conceſſione eſſe
reſeruato iura ⁊ cōmoditates ei⁹ cui prima cōceſſio facta eſt.vt inquit
Bal.in titu.de pace conſtā.in antepe.charta.in ver.ſucceſſorū meor
vbi dixit quod ſi princeps conceſſit alicui beneficium prior in tempo-
re potior erit in iure.l.in concedendo.ff.de aqua plu.arcen.⁊ hoc dicit
facere ad cōceſſiones de aquis publicis vt ſemper videantur reſerua-
ta iura ⁊ cōmoditates eius cui prima cōceſſio facta eſt ⁊ tanto magis
in caſu noſtro in quo nulla fuit facta mentio per Petrum Jacobum
in ſupplicatione porrecta illuſtri locū tenenti de cōceſſionibus factis
dictis de caprarijs ⁊ ſic ſua impetratio dicitur ſurreptitia ⁊ ideo non
valet vt in.c.veniens.de preſcrip.c.cum ordinem.de reſcrip.l.decurio

nibus.⁊ ibi no.gl.C.de ſilentiarijs.li.xij.l.ſi qua loca.C.de ſun.⁊ ſal.
15 rei domi.li.xi.cū ſimi.⁊ per hec apparet† reſponſum multiplex: ſi obij-
ceretur quod iſta aqua poteſt ſufficere vtriq; ⁊ quod propterea ſupe-
rior poteſt Petro Jacobo concedere eiuſ id quod habetur in.l.lu-
cio.ff.de aqua quoti.⁊ eſti.⁊ no.p gl.⁊ doct.in.d.l.aquam.⁊ in.d.l.in
concedendo.⁊ per Bar.in.d.l.quominus.in.v.q.in fi.⁊ Bald.in.l.ſi
plures.in.j.col.C.de condi.inſer.qr illud eſt verum quando conceſſio
ſecunda non noceret ei cui facta eſſet prima ſeu nō minueret vſum pri-
mi alias non.l.per quem locum.⁊ ibi not.ff.de ſeruitu.ruſti.prediorū
⁊ no.glo.⁊ docto.in dicta.l.aquam.⁊ docto.in.d.l.in concedendo.per
illū tex.ſed in propoſito ſi Petrus Jacobus vigore cōceſſionis ſibi
facte remoueat ⁊ diſtrahat aquam a ſolito curſu per canale dictorum
de caprarijs immutatur conceſſio facta dictis de caprarijs que erant
quod aqua duceretur per dictum eorum canale nūc autem minueretur
⁊ immutaretur vſus dictorum de caprarijs quibus cōmodius eſt qd
trāſeat aqua per ſolitum curſum vt deductum eſt.s. ¶Aliter etiam
reſponderi poteſt qr intentio principis concedentis dictis de capra-
rijs fuit quod nullus alius poſſet deriuare aquam de dicto canali pre-
ter voluntate dictorum de caprarijs vt ex decretis eorum aperte colli-
gitur ergo ſi dictus Petrus Jacobus deriuaret contra voluntatem
eorum minueretur conceſſio eis facta. ¶Etiam reſponſio patet ex
eo qr in dicto canali pdictorum de caprarijs ipſi de caprarijs non ha-
bent titulū ⁊ cauſam a principe ſed in aqua:vt dixi.s.ergo nullo mo-
do poteſt de iure preiudicari eis in dicto ſuo canali ⁊ concedi Petro
16 Jacobo poteſtas illud irrūpendi.⁊ trāſuerſandi. ¶†Et per hec etiā
apparet reſpōſum ſi obijceret quod illi de caprarijs acquieſcere de-
bent vt fiat id quod eis nō nocet ⁊ Petro Jacobo prodeſt.l.ij.§.idem
varus.ff.de aqua plu.arcen.cum ſimilibus:qr imo eis nocet vt dictum
eſt:quinimo quando non precedat aliquis contractus de cuius natu-
ra ſit quod ego tenear tibi ad id qd mihi non nocet ⁊ tibi prodeſt ego
non teneor facere id quod mihi non nocet ⁊ tibi prodeſt.l.nec credito-
ris.C.de noua.l.ſi.ff.de vſu ⁊ habi.⁊ not.Bar.in.l.ij.in prin.ff.ſolu-
to matri.ſed in caſu noſtro nullus huiuſmodi contractus precedit
inter Petrū Jacobum ⁊ dictos de caprarijs ergo illi de caprarijs
ad hoc non tenentur. ¶Per hoc etiam patet reſponſum ſi obijcere-
tur quod dictus Bernabeus de caprarijs non poteſt pretendere in-
tereſſe niſi lucri ceſſantis qr reſpondeo quod imo tractatur de inter-
eſſe ratione damni quia irrumpitur ⁊ tranſuerſatur canale dictorum
de caprarijs ⁊ per eos ⁊ autores ſuos factū ſeu ab antiquo poſſeſſum
quod fieri nō potuit vt dictum eſt. ¶Preterea ſola ratio talis lucri
ceſſantis dicitur in propoſito eſſe probabile intereſſe ad impediendū
dictum Petrum Jacobum.vt.l.ij.§.merito.ff.ne quid in loco publi.
⁊ patet ex not.per Bar.in.d.l.quominus.in.j.q. ¶Denique de lucro
17 ceſſante† quando erat iam acquiſitum ⁊ radicatum iudicatur prout
de dāno.vt not.gl.in.l.j.§.ſi quis autem propter.ff.de itinere actuq;
priua.⁊ in.l.que fideicōmiſſum.ff.de leg.ij.⁊ in.l.ſi cū dotem.§.ſi aut
tempore.ff.ſolu.mat.in gl.j.dum reſpondet ad.l.huiuſmodi.§.qui ſti-
chum.de leg.j.⁊ Cy.⁊ Bal.i.l.cū te ſpōſe.C.de dona.ante nup.⁊ Jo.
de imo.in.l.pculis.ff.de dam.infec. ¶Ex his etiā patet reſponſio ſi
diceretur qd princeps nunq̄ ita intelligatur ſe artare quod non poſſit
quam velit cōceſſionem facere qr reſponſum eſt.s.multipliciter in.iiij.
v.vi.⁊.vij.fundamentis.Ex quibus concludo dictam cōceſſionē Pe-
tro Jacobo fieri nō debere ⁊ eidem Petro Jacobo contra dictos de
caprarijs non ſuffragari.

¶Summarium ſuper conſilio.cciiij.

1 ¶In legato domus an cōprehendat hypotheca.⁊ nu.2.6.⁊.9.
3 Si eſt legata domus venit etiam domicula parua.
4 Qui legat domum non videtur legare ortum.
5 Quando vendo domum ⁊ aliam retineo videor vendidiſſe clauſtrum vel locum diſcoopertum.
7 In legato debet fieri lata interpretatio.
8 Quādo eſt factū legatum domus cū omnibus maſſaritijs.
10 Preſumitur tanta charitas ad filiū conſobrini q̄ta ad conſobrinum.
11 Proemium attenditur vt habeatur diſpoſitio.⁊ nu.12.
13 Ex vna diſpoſitione teſtatoris datur interpretatio ad aliam.
14 Per relictum pie cauſe fauetur anime teſtatoris.
15 Tacita pupillaris excludit matrem pupilli.
16 Preſumitur teſtatorē magis diligere fauorem anime ſue q̄ alterius vtilitatem.
17 In dubio pro parte rei pronuntiandum eſt.
18 Subſtitutio fideicōmiſſaria recipit interpretationem ab ipſa inſtōne.
19 Relatiuum debet reſtringere antecedens ſuum.
20 Per legatum generis nō videtur derogatum legato ſpeciali.
21 Quando diuerſis ſit legatum non videtur per legatum factū ſecundo adimi legatum factum primo.

¶Conſilium.cciiij.

¶De legato domus an cōprehendat apothecā ⁊ ſi in teſtamēto legā-
uit ſine apotheca domum vxori ⁊ alteri apothecam poſtea in codicil-
lis legat ſimpliciter domum vxori videat etiam legare ei apothecam
illi annexam ⁊ ad imere alteri.

¶Redemptoris



REdēptoris noſtri inuocato ſuffragio. Perſpectis verbis teſtamenti ⁊ codicil-
lorum dicti Petri boni ⁊ attentis his de quibus in
themate fit mentio puto de iure cōcludēdū omiſſis nō
neceſſarijs ſub dicto legato domus relicte in codicillis
dicte dñe Alteflori cōprehendi dictam apothecam vt connexam ⁊
vnicam ſub vno corpore eiuſdem domus vt oſtendunt verba teſtamē-
ti.Moueor principaliter quia in codicillis teſtator ſimpliciter dixit
φ legabat dicte dñe Alteflori domum ipſius Petri boni in qua idē
Petrus bonus habitabat ⁊ ſolitus eſt habitare cū oībus maſaritijs
1 ⁊ oxiuilijs in ea exiſtentibus ⁊c.Quod aūt in legato† domus debeat
cōprehendi apotheca etiā qñ de habitatione facta eſt aliqua mentio
probat in.l.olympico.in prin.cū gl.in vb.legatū.ff.d ſerui.vrba.pd.
2 vbi etiam qñ† nō legat domū quo ad ,pprietatē ſed quo ad habitatio
nem tm̄ venit ortus ⁊ cenaculū ſi ad ortū ⁊ cenaculū p domū aditus
habebatur vnde ſi ad dictā apothecā habebatur aditus p domū vt in
themate cōtinet ibi videret ,pbari qd cōprehenderet in legato.vnde
dicit ibi Bald.φ ſi marit⁹ legat vxori domum ad habitationē venit
3 ortus acceſſorius domui. ¶†Ad idē text.in.l.predij.§.balneas.⁊.§.
ſi.de lega.iij.vbi ſi legata eſt domus venit etiā domūcula parua illi
iuncta ſi vno pretio fuit cōparata:⁊ teſtator ipſe ſub appellatione do
mus magne de tota ſeu de vtraq; diſponebat ,put in ,ppoſito noſtro
videtur φ accipiebat teſtator qui in legato facto Bartolomeo in te-
ſtamento accipit apothecam pro parte ante domus quā inhabitabat
et etiā in themate p̄ſupponit φ vno pretio domus ⁊ apotheca com-
putata fuerunt.⁊ dicit Jaco.de are.⁊ Barto.in.d.l.pdijs.§.balneas
qd ſi conſuetudo eſt φ maior natu habeat domū principaliorē habe-
bit etiā oīa appenditia damus. ¶Ad idē tex.in.l.creditor.§.ante do
mum.ff.de act.emp.vbi in venditione domus veniūt ea q̄ domui con-
4 iuncta ſunt. ¶†Ad idē qd no.Jo.an.in.c.raynutius.de teſta.naz ex
eo qd ibi dicitur in text.domū ⁊ ortū relinquēs ,pbat φ qui legat do
mum nō videtur legare ortum.⁊ dicit ibi Jo.and.φ illud eſt verum
niſi ortus eſſet illi cōtiguus per.d.l.predijs.ſicut ergo ibi ꝯtiguitas
operatur φ cedat legato vbi al's nō cederet ita eſſe debet in ,ppoſito
bene facit qd not.gl.xij.q.ij.c.ſi.⁊ qd ibi Archi.vbi notat φ qui dat
domū vel aliā rē videtur dare ea q̄ annexa ſunt:per iura q̄ ibi allegan-
tur in ſina.glo.,p quo etiā Archi.ibi allegat.l.ſi quādo.C.de bo.va-
can.lib.x.bene facit.l.iulianus.§.edibus.cū ſequētibus legibus que
ſecum cōtinuant.ff.de actio.empt. ¶Ad idē qd habetur in.l.qd con-
claui.cū ibi not.in gl.ij.⁊ fin.ff.de dāno infec.ex qua colligit ibi Bar.
5 φ† ſi vendo vnā domum ⁊ aliā retineo videor vendidiſſe conclaue ſeu
clauſtrū vel locū diſcooptū quod erat cōmune illarū edium vt ſic ad
emptorem ſpectet dimidia illius loci adherētis domui quā ſibi ven-
6 didi. ¶†Expſſius decidere videt caſum noſtruz Pe.de ancha.in cō
ſil.cclxxxiij.al's.cclxxxviij..incip.in chriſti noīe amē.ſuper pluribus
articulis ⁊c.vbi ꝯſuluit φ cum quidā Petrus bonus donaſſet ſim-
pliciter domum cuidā Jacobo ſub conditione ſi decederet ipſe Pe-
trus bonus ſine liberis φ in dicta donatione cōprehendat apotheca
ſpeciarie que erat ſubtus domū p̄dictā ſi apotheca eadē contiguatio-
ne muro ⁊ fundamēto tegebat ⁊ eadē emptiōe fuerat acquiſita dom⁹
⁊ apotheca et teſtator vſus erat cōiter domo ⁊ apotheca.allegat.d.
l.predijs.⁊ qd ibi doc.⁊.d.l.qd cōclaue.⁊.d.l.creditor.§.antepenult.
¶Accedit ſm eū qr apotheca ⁊ domus erāt ſub ijſdē finib⁹ arg.eo-
rum q̄ tradunt p Inno.in.c.cū ad ſedē.de reſtitu.ſpo.⁊ preſerti hoc
ſm eū ſibi locū vendicare debet in donatione in quā faciēda eſt larga
interpretatio.c.cū dilecti.de dona.⁊ eadē rōne ,pcedere debet hoc in ca
7 ſu noſtro.ſ.in legato† qd eſt donatio ⁊ late interpretandū.l.legatū.ff.
de leg.ij.l.inceſti.ff.de reg.iur. ¶Et poſito φ dicta apotheca nō ha-
buiſſet aditū intrinſecus p domū eſſet reſpondenduz ad dictū.§.bal-
neas.vbi diſtinguit an habeant aditū ſimilia beneficia intrinſecus p
domū vel non qr ille tex.,pcedit in additamētis q̄ aliqñ fuerūt ſeorſuz
a domo.aliud eſt in iſtis apothecis q̄ ſunt intra parietes dom⁹ quia
tunc nō curabim⁹ an habeat aditū aliūde:vt p glo.ſi.in.d.l.quod con
claue.quam ſequit ibi Dy.Ang.⁊ moder. ¶Corroborant p̄dicta per
id qd habetur in.l.ſeie.§.tyranne.ff.de fun.inſtru.vbi p illū tex.dicit
Bart.φ lz ſit aliqua ſeparatio tñ in legato alicuius rei venit qcqd
ſub vno noīe illi⁹ rei nuncupat ſed dicta apotheca nūcupabatur a te-
ſtatore ſub vno noīe.ſ.dom⁹ vt ptz in teſtō circa legatū relictum Bar
8 tholomeo ergo ⁊c. ¶†Accedit etiā ad confirmationē predictorū φ te
ſtator in codicillis dixit ſe legare domū cū omnibus maſaritijs ⁊ oxi-
uilijs in ea exiſtētib⁹ ⁊ q̄ extabunt tpe mortis vñ ſi appareret vt ſen-
tire videtur dñs aduocatus dicte dñe φ i domo teſtatoris erāt ſolum
maſaritie ⁊ nō ea q̄ dicerent oxiuilia ſaltē ſm vſum loquēdi teſtatoris
vel ſm cōem vſum loquēdi in loco.que qdē oxiuilia ſolum erāt in apo
theca in qua erāt oxiuilia ſeu inſtrā ſpectantia ad artificium teſtato-
ris ſatis euidēter cōprehenderetur teſtatorē p hoc voluiſſe ſub legato
domus comprehēdere illā partem vel acceſſionē domus in qua partē
habebat oxiuilia poſito φ al's nō debuiſſet comprehendi dicta pars
vel acceſſio.arg.l.fundus qui locatus.ff.de fun.inſtru.le.⁊ eius quod

voluit gl.no.in.l.pediculis.§.item cum quereretur.in verbo nō debe-
8 ri.ff.de auro ⁊ arg.leg.⁊ cū † iſtud vocabulum oxiuilia non ſit nomen
iuris ſz nomen qd pendet ex vſu loquendi ideo recipit limitationem
⁊ itellectū ab vſu loquendi cōmuni ſeu ipſius codicillantis ſi de eo ap-
paret vt dicunt doc.noſtri in legato facto de podere qd non eſt nomen
iuris.vt no.Bar.in.l.j.ff.de reb.dubijs.in ſi.⁊ Bal.⁊ moder.in.l.in le-
gatis.C.d legatis.ad hoc.l.labeo.ff.de ſuppel.leg.l.legatis ſeruis.§.
ſi.l.nummis.⁊.l.librorū.§.quod tñ caſſius.ff.de leg.iij.l.ſi ſeru⁹ plurii
§.ſi.ff.de leg.j.nec etiam appellatione maſſariarum comprehēduntur
ea que ad certū genus artificij pertinent.l.ſuppellectilis.ff.de ſuppel.
lega.iunctis notatis per Bar.in.l.j.eo.titu.⁊ Bal.in.d.l.in legatis.
9 ¶†Juuātur etiā predicta qr teſtator in teſtamento quando legauit
vxori domum excepit expreſſe dictam apothecam quaz in precedenti
parte teſtamenti Bartholomeo legauerat vidēs teſtator φ illam apo
thecam habebat p parte domus|vnde ſi quando codicillos condidit
in quibus ſimpliciter domū dicte domine reliquit voluiſſet legatum
illud factum in codicillis intelligi cū illa exceptione quam expreſſerat
in legato domus facto eidem mulieri in teſtamento id cōſimiliter di-
xiſſet ⁊ excepiſſet quemadmodum in teſtamento fecerat.⁊ ſic ſuccedit
illud qd dicit tex.in.c.inter corporalia.de trāſla.prelatorū.ibi duz li-
tera dicit vnde ſi circa tranſlationez idem fieri voluiſſet quod de ceſ-
ſione dixerat.⁊ de tranſlatione poterat expreſſiſſe.facit.l.j.§.ſin autez
ad deficientis.C.de cadu.tol.⁊ in.c.ad audientiam.de occi.ideo legan
do in codicillis ſimpliciter domum videtur ſenſiſſe de tota.l.ſi defen-
ſor.§.qui interrogatus.ff.de interrog.act.l.ſi in rem.cum gl.ff.de rei
vendi.l.legatis vxori.⁊ ibi Bar.ff.de leg.ij.⁊.l.hoc legatum.ff.de le-
ga.iij. ¶Nec mirādum ſi teſtator in codicillis videatur ademiſſe le-
gatum apothece qr tempore codicillorū teſtator ſciebat Bartholo-
10 meum p̄dictū eius cōſobrinū eſſe mortuū ⁊ q̄uis† ſupereſſet aliqs fi-
lius ex dicto Bartholomeo:tamen iura preſumunt quod tanta ha-
beatur charitas ⁊ affectio ad filiū dicti Bartholomei ꝯſobrini q̄ta
habet ad conſobrinum.vt probatur in.l.cum ita.§.in fideicommiſſo.
ff.de leg.ij.⁊ in.l.ſi.C.de verb.ſigni.⁊.l.heredes mei.§.ſi.cum ſi.ff.ad
trebel.⁊ hoc eſſe verum colligitur euidenter qr teſtator in teſtamento
diſpoſuerat quod poſt mortē vxoris ſue domus quam vxori legaue-
rat perueniret ad dictū Bartholomeū cui apothecam reliquerat:ſz
in codicillis dictus codicillās mortuo iam Bartholomeo ſuperſtite
filio diſpoſuit teſtator quod i caſu quo dicta eius vxor nuberet vl de
cederet dicta dom⁹ perueniret ad conſortium ſancte Marthe non au-
11 tem ad filiū vel filios dicti Bartholomei. ¶†Preterea codicillans
in prefatione codicillorum aſſeruit ſe velle addere ⁊ mutare aliqua co
dicillando ⁊ ad prefationes ⁊ proemiū recurrimus vt habeamus vo-
luntatem diſponētis.l.j.in prin.⁊ ibi not.Bart.ff.ad macedo.l.ſi.et
ibi Bar.ff.de here.inſti.⁊ in.l.cum hi.in prin.ff.de trāſac.plene per
Bar.in.l.ambitioſa.ff.de decre.ab ordi.fac.⁊ declarat Bal.i prima
conſtitutione codicis.§.quibus.⁊ in.l.j.in princi.ff.de orig.iur.⁊ in.l.
12 inteſtato in ſi.ff.de legiti.tuto.⁊ clauſula† proemialis refertur ad o-
mnia.l.regula.§.penul.ver.nam initium.ff.de iur.⁊ fac.igno.quem
ad hoc ponderat Bal.in.c.ſecūdo requiris.de appella.facit.l.j.cum
ſi.C.de libe.pte.Sed ſi legatum factum vxori in codicillis q̄tū perti-
net ad ipſam domū intelligeretur cū illa reſeruatione ſeu exceptione
apothece non feciſſet immutationē teſtator cuius contrariū ſue prefa-
tiones declarabant.Fortificatur inſuper hec concluſio qr videmus
intentionē teſtatoris fuiſſe φ hec apotheca non remaneret perpetuo
ſeparata ab ipſa domo ptz qr teſtator teſtamento voluit φ mortua
vel nubēte vxore domus ⁊ apotheca eſſent vnius ⁊ eiuſdem ſed ſi nos
diceremus quod per legatum factum in codicillis de ipſa domo ⁊ vxo-
ri ⁊ cōſortio non intelligeretur adēptum legatū apothece remaneret
13 apotheca ſeparata ſemp a domo.cum ergo† ex vna diſpoſitione teſta-
toris detur interpretatio ad aliam:vt probatur in.l.vxori.§.ſi.ſcdm
intellectum Bar.ibi.ff.de lega.iij.facit.l.ſi ſeruus plurium.§.ūna.ff.
de lega.j.⁊.l.heredes palam.§.ſz ſi notam.ff.de teſta.⁊.l.vtrum.ff.de
peti.here. ¶Denique ſi videam⁹ quod teſtator eo caſu quo Bartho-
lomeus ſupuixiſſet vxori teſtatoris voluit in teſtamento quod Bar
tholomeus conſobrinus teſtatoris haberet integram domum cum
apotheca eadem ratiōe ⁊ maiori coniecturare debemus quod idem
teſtator relinquēdo vxori domum in codicillis ⁊ ſubſtituendo ei poſt
mortem cōſortium voluerit conſortium illam habere integram ſicut
14 diſpoſuerat in Bartholomeo attento quod† veriſimilius eſt hic in
pia cauſa q̄ in Bartholomeo quia per relictum pie cauſe fauetur ani
me teſtatoris.xiij.queſtione.ij.anime defunctorum.⁊ illa cauſa vt ma
gis ,ppria ⁊ magis priuilegiata p̄fertur vtilitati aliene.l.ſancimus.
C.de ſacroſanctis eccl.⁊.c.cum infirmitas.de penitē.⁊ remiſſio.l.pre-
15 ſes.C.de ſeruitu.⁊ aqua.xxiij.q.v.ſi nō licet. ¶†Et propter hoc vult
nota.Ange.in.l.precibus.C.de impuberum ⁊ alijs ſubſti.quod ſicut
tacita pupillaris excludit matrem pupilli quādo frater pupilli erat
vulgariter ſubſtitutus expreſſe a teſtatore vt not.per glo.⁊ docto.in
dicta.l.pcibus.multo magis excludatur mater per tacitam pupilla-
rem quando per vulgarem ſubſtitutionem expreſſam erat ſubſtitu-
16 ta pia cauſa quia preſumitur † teſtatorem magis diligere fauorem

animē ſue ꝙ̄ alterius vtilitatē: per predicta. ¶ Et ex coniecturis arguitur ⁊ probatur que fuerit voluntas teſtatoris. l. licet imperator. ff. de leg. j. l. ſi qs locuples. ff. de manu. teſt. l. j. ff. ſi tabule teſtamē. extā. l.
17 titius. §. j. ff. de libe. ⁊ poſthu. ¶ † Rurſus dato ꝙ diceremus cauſam non eſſe ex toto euidentem ⁊ clarā ſed eſſe aliquo modo dubiam nonne debet pronuntiari pro iſta parte: certe ſic: tū q2 in dubio pro parte rei pronuntiādū eſt. c. ex literis. de pbā. ⁊ in. c. cū ſint partiū. de regu. iur. in. vj. tū etiā q2 hoc mō fauet pie ⁊ fauorabili pro qua in dubio pronūtiādū eſt. l. ſunt perſone. ff. de relig. ⁊ ſump. fune. l. ante pe. ff. de manu. l. ambiguis. ff. de iure do. ⁊ certe ex pluribus coniecturis de quibus dictum eſt mihi perſuadeo hanc omnino fuiſſe mentem codicillantis. ¶ Nec predicte cōcluſioni obſtat ſi in ɔ̄triū adduceret tex. in. l. iij. ff. de fun. inſtr. leg. vbi ſi teſtator in teſtō dixit lego fundū inſtructū libertis meis poſtea in codicillis dixit volo ꝙ liberti qui premorientur partes ſuas fundi reſtituant ⁊ in codicillis non dixit fundi inſtructi vt fecerat in teſtamento tñ ibi dicit ꝙ liberti p̄decedentes intelligunt grauati vt reſtituāt fundū inſtructū ſicut inſtructus fundus fuerat eis in teſtō legatus ⁊ ſic vid: ret ꝙ eodē mō in ꝓpoſito intelligeret qd in codicillis teſtator intellexit de domo prout in teſtō diſpoſuerat. ſ. ſine apotheca: q2 ad hoc rñdeo ꝙ ratio illius text. vt colligitur ex his que ibi ponunt
